



Hand Sell  
1  
Smithsonian  
DIV. INSECTS  
U. S. NAT. MUS.  
13

ACARI MYRIOPODA ET SCORPIONES  
HUCUSQUE IN ITALIA REPERTA

---

ORDO  
CRYPTOSTIGMATA  
(ORIBATIDAE)


AUCTORE  
ANTONIO BERLESE

---

(CUM TABULIS LITHOGRAPHICIS CXXIII)



PORTICI  
SUMPTIBUS AUCTORIS  
(ANNIS 1882-1896)



Div. INSECTA  
U. S. NAT. MUS.

*Journal*

ACARI MYRIOPODA ET SCORPIONES  
HUCUSQUE IN ITALIA REPERTA

OL  
451 -  
B514  
1882  
fasc. 2  
ENT

*fasc. 2*

ORDO

CRYPTOSTIGMATA

(ORIBATIDAE)

AUCTORE

ANTONIO BERLESE, 1863-1927,  
" "

(CUM TABULIS LITHOGRAPHICIS CXXIII)



PORTICI  
SUMPTIBUS AUCTORIS  
(ANNIS 1882-1896)


1896

1896

595.4  
-B51  
Ins.

DIV. INSECTS  
U. S. NAT. MUS.

ALBERTO MICHAELIO  
QUI  
AD ACARORUM STUDIUM  
TOTIS VIRIBUS INCUBUIT  
ET DE IIS  
OPERA ADMIRANDA EXEGIT  
VOLUMEN HOC DE ORIBATIDIBUS  
DICATUM VOLUIT  
AUCTOR



DR. INSIDE  
U. S. DEPT. OF AGR.

ORDO  
CRYPTOSTIGMATA  
~~~~~

II.





## Ordo CRYPTOSTIGMATA

(Oribatidae)

(κρυπτός — occultus; σπιχμή — foramen tracheae).

*Acaridiae* (ex p.) Latreille, Genera Crustac. et Insect., Paris 1806.

*Acarides* (ex p.) Leach, Transact. of the Linn. Soc. XI. p. 387, London 1815.

*Acarides* (ex p.) Latreille, in Cuvier, Règne animal, 1829.

*Sarcoptidae* (ex p.) Sundevall, Conspectus Arachnidarum. Lund. 1833.

*Oribatidae* Dugès, Recherches sur l'ordre des Acariens (Ann. des Sc. natur: Zool. 2 serie, t. I et II) tres opusculi, 1834.

*Carabodidae* Koch, Uibersicht des Arachnidensystems. Nuremberg, 1842.

*Oribates* Gervais et Walkenaer, Histoire naturelle des Insectes Aptères, t. III et IV.

*Carabodidae* Fürstemberg, Die Krätzmilben der Menschen und Thiere. Leipzig 1861.

*Oribatidae* Donnadieu, Recherches pour servir a l'Histoire des Tetranyques. Lyon et Paris 1875.

*Oribatidae* Megnin, Mémoire sur l'organisation et la distribution Zoologique des Gamasides (Journal de l'Anatomie et de la Physiol). 1876.

*idem*, Les parasites et les maladies parasitaires. Paris 1880.

DIV. INSECTA  
U.S. NAT. MUSE.

*Oribatidae* Murray, Economic Entomology; Aptera London, 1877.

*Oribatidae* Kramer, Grundzüge zur Systematik der Milben (Archiv. für Naturgh. Bd. I, 1877, 43 Jahrg., p. 215).

*Oribatidae* G. Canestrini e Fanzago, Acari italiani 1877.

*Oribatidae* Michael, British Oribatidae, London 1883, 1887.

*Oribatidae* (ex p.) A. Berlese, Acarorum systematis specimen, 1884.

*Cryptostigmata* G. Canestrini, Abbozzo del sistema acarologico, 1891.

*Oribatidae* Trouessart, Considérations Générales sur la Classification des Acariens, suivie d'un essai de Classification nouvelle. Paris 1892.

*Acaridae tracheis et stigmis absconditis et aliquando evanescentibus aucta (in adultis). Stigmata ad pedum originem in acetabulis aperta. Anticum ad basim foveolis sensoriis duabus (pseudostigmata), setulam varie conformatam gerentibus, in dorso auctum. Rostrum inferum, ab antici vertice ad dorsum protectum, palpis quinquearticulatis, filiformibus vel fusiformibus, nunquam appendiculatis. Mandibulae nunquam protractiles, sed tantum lateraliter mobiles, curtiusculae, cheligerae (\*). Pedes quinque-articulati, mediocres vel longiores. Ambulacra uncis tantum composita (\*\*). Oculi nulli. Derma plerumque durum, rigidum, totum corpus involvens, nigricans.*

*Larvae hexpodae, plerumque ab adulto corporis fabrica valde diversae, epidermide hyalino, molli vestitae. Nymphae octopodae ab adulto plerumque dissimiles, dermate saepius molli et hyalino vestitae, in pluribus generibus tyroglyphiformes.*

*Ovipari.*

**Derma** plerumque durius, exceptis paucis gen. v. g. *Hypothoniis*. In aliis huius familiae acaris rigidum et nigrum vel nigrobadium est, in organis omnibus. In nonnullis generibus derma nitidum adparet, in aliis crasse granosum, vel punctulatum, vel aliter scabratum, cum pellicula qua-

(\*) Excepto genere *Serrarius*.

(\*\*) Excepto genere *Zetorchestes*.

dam plicata vel punctulata sit vestitum. In nonnullis generibus (familiae *Hoplophoridae*) tantum derma antici, ad ventrem, molle est, in ceteris generibus totus venter etiam scutis chitineis, cum dorusalibus arcte coniunctis, protegitur. Setae, vel pili, vel appendices aliter conformatae, de quibus amplius dicam, corpus plerumque adornant.

**Corpus** subglobosum vel ovatum, vel (in *Nothris*) subrectangulum. *Cephalothorax* semper bene ab abdomine distinctum, saltem sulco transverso profundiori. In generibus *Amerus* et *Tectocephus* tamen Anticum cum abdomine est omnino, in dorso, confusum, neque sulco aut linea transversa distinctum. *Appendices* varie conformatae in corpore sunt, sive pili simplices plus minusve longi, vel pili plumosuli, vel clavatuli, vel squamiformes aut latius flabelliformes (*Leiosoma palmicinctum*, nympha).

**Anticum** (vel *Cephalothorax*) plerumque conicum est, et basi sua latiori cum abdomine coniunctum, tum firmiter, tum articulatim (*Hoplophoridae*), ita ut super abdominis ventrem plus minusve deflecti possit. Antici pars dorsualis omnino apicalis, *vertex* appellatur, quae anterieus producta, plus minusve, capucii instar, a *clypeo* *genisque* constituitur, et rostri partes obtegit. In antici dorso plerumque apophyses stant chitineae quae, costantes, ad genera et species dignoscenda aptiores sunt. (Tab. I, fig. 1).

Primitus, in nonnullis speciebus inter *Pterogasterinas*, *Genae* (*b*) (vel *Lamellae malaris*) anterieus plus minusve producuntur et seta (*genalis*) (*b*) brevi auguntur, et setae conformes (*g*) etiam in verticis (*a*) vel clypei apice stant (*setae rostrales*). Denique, e basi Antici, anterieus producuntur laminulae duae dorsuales, chitineae, plus minusve Antico adnexae, quae *tecti lamellae* (*c*) appellatur, et exceptis *Nothris Eramaeisque*, aliisque familiis (*Hoplophoridae* etc.), in ceteris bene evolutae sunt, aliquando anterieus inter sese coniunctae (*Oribates setosus*) et seta simplici (*i*) vel plumosula terminantur et sunt haec *setulae lamellares*. Inter tecti lamellas, prope basim Antici exoriuntur setulae duae in plurimis ordinis huius generibus, vel simplices, vel clavatulae, vel plumosulae, vel spathuliformes (*Pelops*), quae *setae interlamellares* (*l*) sunt appellandae.

In quoque angulo Antici basilari, prope abdominis mar-

ginem anticum, foramen utrinque adest, plus minusve infundibuliforme et perconspicuum e quo seta exoritur, varie conformata, vel simplex et exilis, vel plumosula, vel clavata, vel flabellata, vel pyriformis, vel fusiformis. Precipue hic *Oribatidarum* character, et foramen, minus bene *stigmaticum* appellatum, quod in tracheis non immittat, in organum forsitan sensorium desinit et *pseudostigmaticum* (*f*) est appellandum (\*) et *seta pseudostigmatica* (*m*) pilus in foramine insitus.

Ad latera Antici, inter genas vel lamellas males et primi paris pedes, laminula chitinea stat, in nonnullis generibus, quam *tectopedium* (*d*) primi paris Michaelius appellat, tum elongatus, cristiformis, tum brevior auriculiformis. Inter primos et secundos pedes autem, apophysis quaedam, valvaeformis vel auriculiformis, basim primi pedis involvens, *tectopedium* secundi paris vocatur (*e*). Ad ventrem, lineae chitinae duriores sunt, totum antici ventrem occupantes, quae *epimera* sunt appellanda, et sulcus plerumque perconspicuum anticum ab abdomine separatur et inter secundos et tertios pedes incidit.

In *Hoplophoridis* scutum Antici dorsuale, setis et lamellis destituitur et valva est quae pedes rostrumque protegit et super abdominis partem antico-ventralem deflexa, pedes eosdem omnino abscondit et occludit. In familia hac ventris derma molle est et flexile.

**Abdomen** (fig. 2, 3) scutis maioribus duobus occluditur, ex quibus dorsuale, plus minusve convexum, saepius rotundum vel subovale est et *notogastrum* (fig. 2) appellatur. Hoc scutum plerumque ad margines deflexum, in ventre plicatur et ibi (fig. 3, *b*) cum scuto ventrali coniungitur.

In familia *Pterogasterinae*, notogastrum ad latera, prope marginem anticum in lamellis aliformibus (*pteromorphae*, *b*) dilatatur, flexilibus et varie conformatis, vel rotundatis, vel anterieus in dentem productis, quae pedes tertii et quarti paris protegunt.

Huius lamellae rudimentum est in genere *Oribatula*. Notogastrum margo anterior saepius recte truncatus, vel le-

---

(\*) In specierum descriptione semper *stigmaticum* nos appellavimus foramen hoc et *setam stigmaticam* pilum e foramine exhortum. Hoc minus bene.

niter anterius arcuatus, in genere *Pelops* autem in laminulam, late transverse rectangulam, supra Anticum productus.

Scutum ventrale abdominis (fig. 3), epimeris et pedibus tertii et quarti paris augitur, et foraminibus duobus in medio perforatur, quorum anterius *genitale* est (*e*); posterius *anale* (*f*) foramina haec in *Hoplophoris* contigua sunt, vel in unicum latius foramen concurrentia.

**Genitalia** (*e*) in utroque sexu in medio ventre aperta sunt, et foramen genitale, valvis duabus lateralibus est occlusum. In foeminis nonnullarum familiarum, *oviscaptum* longum, articulatum et chitineum, exertile est et e foramine genitale producitur, in quiete in corpore celatur.

**Anus** (*e*) valvis, genitalibus persimilibus, protegitur et in extremo abdomine est apertus.

**Rostrum** (tab. 2, fig. 1) semper inferum est, etiam in larvis, et organa sua in foramine quodam in ventrali *antici* parte anteriori (fig. 4, *a*), sub clypeo sunt insita, quod foramen *camerostoma* est appellandum; et animalcula prona conspiciendo, numquam adparet.

**Palpi** (*e*) semper filiformes vel leniter fusiformes sunt, quinque-articulati, articulo secundo saepius ceteris longiori, postremo conico, vel apice spinoso, brevi. Palpi breves sunt et omnino in camerostomate semper absconditi.

**Mandibulae** (fig. 2) numquam protractiles et retractiles, sed tantum lateraliter mobiles, plerumque breviores, conicae, apice chela robusta et brevi terminatae sunt, et rostri partem supernam occupant (fig. 1, *b*). In genere *Pelops* mandibulae basi latiores, denique (fig. 3) strictae et exiles sunt. In unico genere *Serrarius*, mandibulae longiores, cylindricae, apice non chela sed serrula sunt terminatae (fig. 4).

**Hypostoma** e ceteris rostri partibus (fig. 1, *d + c*) constituitur, sive *maxillis* (*c*) et *labro* (*d*).

*Maxillae* lamina chitinea triangulari sunt constitutae, cuius interior margo, denticulis augitur, et sub mandibulis sunt extensae.

*Labrum* (vel *mentum*) frustulum chitineum est latum, inferam basim rostri occupans, vel ovato-poligonale, vel subrectangulum, palposque maxillasque gerit. In genere *Serrarius* tantum organa haec, praecipue maxillae, paulo aberrant.

**Pedes** (fig. 5, 6) plerumque validi sunt, vel mediocres vel longiores (*Belba*, *Damaeus*) et quinque articulis constituti. Ex quibus articulis coxa brevissima, femur et tibia longiora sunt. Perbreve genu est et mediocris tarsus. Femur plus minusve incrassatum, fusiforme vel globosum, exceptis *Nothrus*, est. Tarsus conicus, plus minusve elongatus.

**Ambulacra** (fig. 7, 8) tantum uncis constituta. In unico genere *Zetorchestes* ungues minimi posticorum pedum, circa membranulam, quasi pulvillum, oriuntur. In speciebus omnibus ceteris, ambulacra uncis validioribus sunt constituta, in pedibus omnibus manifesta. Uncus unicus adest, vel tres magnitudine intersese pares, vel diversi, rarius uncis tantum duobus tarsi auguntur.

**Organa sensoria** sunt foveolae supradictae ad latera Antici (*pseudostigmata*), sed oculi semper omnino deficient.

**Organa respiratoria** Michaelii diligentia nunc bene nota, tracheis sunt constituta, in nonnullis familiis, quae, e foraminibus quibusdam vel ad latera rostri, vel in infundibulis pedes excipientibus adsunt et ergo valde celata et abscondita sunt.

In *Hoplophoridis* tamen neque tracheae neque stigmata sunt manifesta. Pulli organa respirationis carent.

**Ovipari** sunt huius ordinis acari.

**Larvae** et (nymphae) plerumque ab adultis suis valde diversae, quod minus hene chitinae sint, antico appendicibus (*lamellis* etc.) destitutae, nec non tectopediis, et *Tyroglyphis*, vel generibus sarcoptidarum persimiles viderentur, nisi *pseudostigmate* et setula *pseudostigmatica* (quamvis minus bene evolutis) et rostro omnino infero gauderent. *Larvae* hexapodae sunt, *nymphae* larvis similiores. In nonnullis speciebus, praecipue generis *Leiosoma* et *Tegeocranus*, larvae, industria Michaelii detectae, mirabiliter appendicibus foliaceis, vel flabelliformibus ornantur, quod in adultis non est.

**Habitant** huius ordinis acari semper liberi, numquam (neque larvae) parasi, in muscis, vel in hudis, sub petris alibique in vegetalibus putrescentibus, vel super arbores, vegetalia vorantes. Nonnulli, praecipue ex generibus *Belba*, *Damaeus*, *Nothrus* etc; granulis terreis et quisquiliis nec non *scutis* larvalibus, praecipue in dorso, proteguntur.

Omnes pigri sunt, tum pigerrimi, tardius se moventes.



**Sexuales characteres secundarii** mihi omnino abesse videntur, quod mares semper foeminis suis, nisi forsitan statura, persimiles vidi.

**Colores** per testaceum, ad badium, in fuligineum, in nigerrimum incurrunt. Colores isti perstabiles sunt, neque in spiritu vini dealbescunt, quod in chitina eadem includantur, neque ab hypodermate dependeant.

### Explicatio Tabularum

#### Tabula I<sup>a</sup>

1. *Oribatis* cuiusdam Anticum pronum. (*A* anticum, *B* abdominis margo anterior).  
*a* clypeus; *b* genae; *c* lamellae; *d* tectopedium primi paris; *e* tectopedium secundi paris; *f* foramen pseudostigmaticum; *g* setae rostrales; *h* setae genales; *i* setae lamellares; *l* setae interlamellares; *m* setae pseudostigmaticae.
2. *Peloptidis* notogastrum.  
*a* notogastrum; *b* pteromorphae.
3. *Oribatis* sp. scutum ventrale abdominale.  
*a* scutum ventrale; *b* margo deflexus scuti dorsualis; *c* foveolae in quibus pedes inseruntur; *d* pedes tertii quartique paris; *e* foramen genitale valvis protectum; *f* foramen anale valvis protectum.
4. *Oribatis* sp. Anticum inferne visum.  
*a* camerostoma; *b* epimera; *c* tectopedia primi paris; *d* idem secundi paris.


#### Tabula II<sup>a</sup>

1. Rostrum *Oribatis* cuiusdam inferne visum et in camerostomate infossum.  
*a* palpus; *b* mandibulae; *c* maxillae; *d* labrum; *e* camerostomatis foramen.
2. *Oribatis* cuiusdam mandibula.
3. *Peloptis* » »
4. *Serrarii* » »
5. *Belbae* » pes quarti paris
6. *Nothri* » » » »
7. *Carabodidis* » ambulacrum
8. *Cephei* » »
9. *Eremaei* » »

## Conspectus familiarum

|                                           |                                                                                                         |                                                                                                                                                          |
|-------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
|                                           |                                                                                                         | Abdomen pteromorphis bene evolutis<br>auctum . . . . . <b>Pterogasterinae</b>                                                                            |
| Anticum firmiter cum abdomine coniunctum  | Anticum lamellis apice piligeris auctum, rarius evanescentibus; tum pilis lamellariis saltem praeditum. | Abdomen pteromorphis nullis.                                                                                                                             |
|                                           |                                                                                                         | Derma nitidum, vel tenuissime punctulatum. Notogastrum semper convexum . . . . . <b>Letosomidae</b>                                                      |
|                                           |                                                                                                         | Derma scabrum vel crasse areolatum vel punctulatum. Notogastrum planiusculum vel excavatum, margine plerumque circumdatum . . . . . <b>Tegeocranidae</b> |
|                                           | Anticum lamellis pilisque lamellaribus destitutum.                                                      | Tectopedia omnia bene manifesta plerumque maiora . . . . . <b>Damoecidae</b>                                                                             |
|                                           |                                                                                                         | Tectopedia omnia nulla . . . . . <b>Nothridae</b>                                                                                                        |
| Anticum cum abdomine articulatum. . . . . |                                                                                                         | <b>Hoplophoridae</b>                                                                                                                                     |

**CONSPECTUS GENERUM**  
SECUNDUM ORDINEM NATURALEM



## FAMILIA I.<sup>a</sup> HOPLOPHORIDAE

(Tab. III)

*Cephalothorax cum abdomine articulatum, quasi valva, coniunctum. Abdomen globosum. Derma punctulatum, vel nitidum, totum durius, excepto antici ventre, inter pedes. Antici apophyses sive lamellae etc. nullae. Pedes parvuli, intersese valde appressi, epimeris nullis, in dermate molli insiti. Ambulacra unco unico vel uncis tribus composita.*

*Larvae nudaе, dermate molli vestitae, adultis subsimiles.*

**Corpus** globosum vel subsphaericum, antico valvae-formi, sat magno, abdomine subgloboso vel ovali.

**Anticum** bene ab abdomine distinguitur, sed in hac familia, cuius praecipuus character, mobilis est et super abdomen articulatur. Articulatio haec est inter antici scutum dorsuale et notogastrum. Scutum antici, quasi valva, sursum et deorsum deflectitur ita ut omnino inferne deflexa et margini anteriori abdominis contigua, pedes rostrumque abscondita sint. Anticum ergo, non ut in ceteris familiis superne et inferne chitineum est, sed scutum suum dorsuale tantum durius adparet, et ceterum ventris epidermide molli tegitur, in quo rostrum pedesque inseruntur. Scutum dorsuale antici, lamellis, tectopediisque destitutum est, sed in nonnullis speciebus carina unica media, longitudinali augitur. Ad angulos posticos huius scuti dorsualis stant foramina pseudostigmatica, ut in ceteris familiis conformata, piloque pseudostigmatico praedita. Derma huius scuti dorsualis ut in abdominis notogastro punctulatum vel nitidum adparet.

**Abdomen** in omnibus huius familiae speciebus ovale vel subglobosum est, scuto dorsuali (notogastro) cum ventrali arcte connexo, vix in ventre planiusculum. *Notogastrum*

totam dorsualem abdominis partem occupat et lateralem, et in ventre late deflectitur, ita ut cum scuto ventrali omnino confundatur, neque sulco ullo distinctum, et genitalium anique foramina occludat, cum valvis foraminum horum contiguum. Appendices omnes, quae in aliis familiis in parte hac corporis conspiciuntur, in *Hoplophoridis* omnino nulla sunt; quod pteromorphis, tectopediis, epimeris aliisque omnino careant.

*Derma* notogastrum vel nitidissimum vel tenuiter vel crasse punctulatum, quasi areolatum est; tunc pilis aliquot auctum. Aliquando notogastrum in medio dorsi, secundum lineam longitudinalem, carina elevata augeatur, et in nonnullis speciebus (*Hoploph. magna*, *H. carinata* var. *pulcherrima*) margo abdominis anterior in tectum producitur, qui globulus vel lamina producta, super anticum extenditur.

**Rostrum** ut in ceteris familiis est conformatum et sub scuto antici omnino absconditum, vere inferum. *Palpi* tamen quadriarticulati sunt in genere *Hoplophora*, articulisque quinque compositi in genere *Tritia*.

**Pedes** semper parvuli sunt et omnino intersese magnitudine et crassitie pares, et valde intersese approximati, articulis omnibus cylindricis, subsimilibus, excepto tarso, constituti.

*Ambulacra* ungue unico maiori in genere *Hoplophora* sunt constituta, unguibus ternis, ex quibus medius ceteris robustior, in genere *Tritia*.

**Genitalia** e foramine maiori in ventre prodeunt, valvis occluso, et anus quoque valvis consimilibus protegitur. In genere *Hoplophora* valvae anales et genitales, rectangulae sunt et intersese subsimiles, ventrem totum occupant, qui venter ergo scutulibus quatuor occupatur, per paria dispositis, rimam cruciformem occludentibus. Rima longitudinalis superior, genitalium foramen est; rima inferior longitudinalis anum significat, rimaque transversa sulcus est genitalia ab anum separans.

Sed in genere *Tritia* scuta ventralia cum genitalibus et analibus satis diverse disposita sunt. Scuta enim longitudinalia, perstricta, inter scutum ventrale lineare sunt occlusa et partim abscondita; demum valvae anales longitudinaliter elongatae adparent et varie fabricatae quam

in *Hoplophoris*, quod videbis melius in figuris huius familiae (Tab. III, fig. 4<sup>a</sup>).

**Larvae** adultis suis subsimiles sed organis omnibus minus evolutis, dermate autem exili, albicanti, pellucidulo, neque scuto ullo protecto.

**Habitant** acari huius familiae in muscis, vel sub foliis emortuis, vel in lignis putrescentibus, rarius sub petris. Pigerrimi sunt et si tacti aut aliter perterriti, mox, antico super abdomen plicato, in globulum contrahuntur, pedes rostrumque occultando.

### Explicatio Tabulae.

Fig. 1. Sectio longitudinalis, in medio corpore incidens, *Tritiae decumanae*.

*a* Antici scutum dorsuale; *b* abdominis; *c* genitalium valva; *d* anale scutum; *e* intestinum; *f* pedes; *g* disculi genitales; *h* mentum; *i* maxillae; *l* lingua; *m* mandibula.

Fig. 2. Cephalothorax cum pedibus, supinus, *Tritiae decumanae*.

*a* Antici scutum dorsuale; *b* mentum; *c* maxillae; *d* earum mala interior; *e* palpus; *f* pedes; *g* membranula pedigera, anticum abdomini adnectens.

Fig. 3. *Hoplophora carinata* clausa, supina.

*a* scutum dorsuale; *b* ventrale; *c* valvae genitales; *d* valvae anales; *e* Antici scutum dorsuale.

Fig. 4. Scuta in ventre conspicua *Tritiae decumanae*.

*a* Scutum dorsuale (pars in ventre manifesta); *b* scutum ventrale anterius; *c* idem posterius; *d* valvae genitales; *e* valvae anales.

### GENERA HOPLOPHORIDARUM.

Sic genera eropaea sunt dividenda:

Genitalia et anus valvis quatuor rectangulis, subaequalibus protecta; uncus pedum unicus. . . . . **Hoplophora**

Genitalia et anus valvis elongatis, perstrictis, subvittiformibus protecta; unci pedum tres. . . . . **Tritia**

GENUS I. **Hoplophora** Koch 1842.

Sic huius generis dividantur species (europeae).

|                                                                             |                                                                  |                                                                            |                                                                                     |                                                                                        |
|-----------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| Derma notogastri<br>et antici (scuti<br>dorsualis) cras-<br>se punctulatum. | Notogastrum<br>haud<br>carinatum                                 | Notogastrum in medio longitudinaliter alte<br>carinatum . . . . .          | <b>H. carinata K.</b>                                                               |                                                                                        |
|                                                                             |                                                                  |                                                                            | Notogastrum anterius valde<br>supra anticum productum . . . . .                     | <b>H. anomala Berl.</b>                                                                |
|                                                                             |                                                                  | Notogastrum<br>minime an-<br>terius supra<br>a n t i c u m<br>productum.   |                                                                                     | Setulae pseu-<br>dostigmaticae<br>breves, falcifor-<br>mes (ad<br>1,300 $\mu$ . long.) |
|                                                                             |                                                                  |                                                                            | Setulae pseu-<br>dostigm. lon-<br>giores, seti-<br>formes (ad<br>750 $\mu$ . long.) |                                                                                        |
| Derma notogastri<br>et antici (scuti<br>dorsualis) niti-<br>dissimum.       | Setulae pseudostigmaticae longae, exiles,<br>simplices . . . . . | <b>H. dasypus Dug.</b>                                                     |                                                                                     |                                                                                        |
|                                                                             |                                                                  | Setulae pseudostigmaticae breves, fusifor-<br>mes, crassiusculae . . . . . | <b>H. globosa Koch</b>                                                              |                                                                                        |

Huius generis species hucusque bene notae sunt:

*Hoplophora carinata* Koch (Germania, Italia); *H. carinata* var. *pulcherrima* Berlese (Italia); *Hoplophora anomala* Berlese (Italia, Britannia); *Hoplophora magna* Nicolet (Gallia, Germania, Britannia, Italia); *Hoplophora stricula* Koch (Germania, Gallia, Britannia, Italia); *Hoplophora variolosa* Berlese (Austro America); *Hoplophora dasypus* Dugès (Gallia, Italia et forsitan alibi); *Hoplophora globosa* Koch (Germania, Italia).

Species negligendae, quia minus bene descriptae, vel aliarum synonymae sunt:

*Hoplophora arctata* Riley, non satis ab *Hoplophora dasypoda* diversa.  
*Hoplophora ardua* Koch, videtur esse *Hoplophora dasypus* vel *Tritia lentula*.



*Hoplophora crinita* Koch, idest quam *Hoplophora globosa* ?

*Hoplophora ferruginea* Koch, an *Tritia lentula* ?

*Hoplophora laevigata* Koch, videtur esse *Hoplophora globosa* sed setis caret.

*Hoplophora longula* Koch, generi *Tritia* forsitan pertinet.

*Hoplophora lucida* Koch, idest *Tritia lentula*.

*Hoplophora nitens* Nic., idest *Hoplophora dasypus*.

*Hoplophora straminea* Koch (nec non Can. et Fanz.), an *Hoplophora dasypus* ?

*Hoplophora testudinea* Koch, an generis *Tritia* ?

In alio genere inserendae sunt species sequentes :

*Hoplophora decumana* Koch, sive *Tritia decumana*.

*Hoplophora lentula* Koch, sive *Tritia lentula*.

## GENUS II. **Tritia** Berlese 1883.

Species huius generis hucusque notae sunt:

Abdomen et anticum glabra, setae pseudostigmaticaе longe lanceolatae, nudaе . . . . **T. nuda Berl.**

|                                                                                                                                                      |   |                                                                                                                                  |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Abdomen et anticum<br>setis longis, per pa-<br>ria dispositis, vesti-<br>ta; setae pseudostig-<br>maticae simplices,<br>vel clavato-plumo-<br>sulae. | } | Setae pseudostigmaticaе<br>simplices, ad 1,50 mill.<br>long. . . . . <b>T. decumana (Koch) Berl.</b>                             |
|                                                                                                                                                      |   | Setae pseudostigmaticaе<br>longae, apice dilatatae et<br>ciliatulae; ad 500 mill.<br>long. . . . . <b>T. lentula (Koch) Can.</b> |

Species huius generis hucusque notae sunt ergo :

*Tritia nuda* Berlese (Italia); *Tritia lentula* (Koch) Can. (Tota Europa); *Tritia decumana* (Koch) Berl. (Germania, Italia).

## FAMILIA II<sup>a</sup> **Nothridae**

(Tab. IV)

*Cephalothorax* cum abdomine firmiter coniunctum. *Derma* rarius nitidum, plerumque punctulatum, vel scabratum. *Notogastrum* convexum, vel excavatum, vel plicato-carinulatum. *Anticum* lamellis nullis. Adsunt setulae ad verticem et aliquando etiam interlamellares. Lamellae malares nullae. *Tectopedia* prima, secunda et tertia omnino nulla. *Notogastrum* pteromorphis nullis.

*Pedes* mediocres, corporis longitudinem numquam aequantes.

*Ambulacra* uncis tribus vel unco unico constituta.

*Larvae* adulto suo subsimiles sed dermate molli in abdomine, plerumque, indutae.

Nonnulli scutis larvalibus, etiam in adulto persistentibus, sunt protecti.

**Corpus** antico parum evoluto, abdomineque maiori constitutum.

**Derma** in nonnullis generibus durum est (*Hermannia*), in aliis molle (*Hypochthonius*), vel partim molle, scutis duris indutum. Semper derma scabrum est, saepius carinulis, vel plicis densioribus, magis fortificatum, in Antico nec non in abdomine.

**Anticum** conicum est, anterius plus minusve acutum. In dorso varie impressum, sed *lamellae* omnino semper deficiunt, et pili lamellares quoque. Adsunt tamen saepius pili interlamellares aliique ad verticem (malares). *Tectopedia* omnia in hac familia nulla sunt et character iste precipuus est familiae huius, cum propter deficientiam hanc species omnes familiae huius, facie omnino peculiari gaudeant, neque in quiete pedes retrahere possint.

**Abdomen** ovatum est in generibus *Hermannia* et *Ameronothrus* sed in *Nothris* et *Angeliis*, abdomen vel rectangu-

lum, vel longe trapezoideum est, sive anterius et posterius utrinque angulatum. *Notogastrum* transverse, quasi in segmenta, divisum videtur in *Hypothoniis*, sed in *Nothris* et *Angeliis* valde excavatum est, sive marginibus elevatis (excepto margine postico) gaudet, et scutis duris intersese distinctis indutum videtur, in quibus scutis carinulae plures transversae, vel aliter dispositae, firmiora conficiunt scuta haec, inter quae derma molle extenditur. In genere *Ameronothrus* derma notogastrum rugosulum est propter plicas plures varie dispositas, ceterum notogastrum convexum adparet et derma eius granosum. In genere hoc autem, notogastrum in medio dorso haud distinctum est ab Antico, quia derma continuum notogastrum in Anticum immittitur, neque sulco transverso ullo est divisum. In ceteris generibus notogastrum bene ab Antico est distinctum.

*Hermanniae* notogastro convexo gaudent, dermate crasse punctulato vestitum. Pteromorphae semper nullae. Setulae notogastrum vel simplices, vel clavutulae, vel plumosulae, vel spiniformes, aliquando etiam e tuberculis elevatis exortae. Saepius adulti quoque granulis terreis et quisquiliis sunt induti, quod est in genere *Nothrus*. Species generi *Neoliodes* scutis dorsualibus abdominis persistentibus sunt vestitae, concentricae in dorso dispositis.

**Rostrum** normale, sive ut in plurimis oribatarum speciebus dispositum iisdemque organis, pariter conformatis, constitutum.

**Pedes** sunt mediocres, segmentis intersese subaequalibus constituti, et semper corpore curtiores, crassiusculi. *Ambulacra* unciis tribus, intersese subaequalibus, vel crassitie diversis, vel unco unico sunt composita.

**Larvae** adultis suis subsimiles sunt sed dermate abdominis molli, pedum autem et antici duriusculo. In genere *Nothrus* larvae (et nymphae) quisquiliis in dorso sunt vestitae, in genere *Neoliodes* nymphae scutis dorsualibus persistentibus super notogastrum auguntur. Ceterum larvae magis tuberculis vel mucronibus dorsualibus auctae, et pilis adulto longioribus ornatae.

**Habitant** pigerrimi huius familiae acari in muscis vel sub foliis putrescentibus vel sub truncis emortuis. Nonnullas etiam species super arbores invenies, praecipue *Nothrum bicarinatum* super *Pinos* perobvius.

### Explicatio Tabulae.

Fig. 1. *Angeliae palustris* anterius corpus pronom.

*a* Anticum; *b* abdomen; *c* pedes; *d* setula pseudostigmatica.

Fig. 2. *Angeliae palliatae* anterior pars corporis supina.


*a* mentum; *b* palpi; *c* maxillae; *d* epimera; *e* valvae genitales; *f* valvae anales; *g* scuta ventralia; *h* scuti dorsualis pars ad ventrem inflexa; *i* anticum; *l* pedes.

Fig. 3. *Angeliae palustris* larva prona.

Fig. 4. *Ameronothrus corrugatus* pronom. Ex exemplis typicis ab eodem Michaelio collectis mecumque benignissime communicatis.

GENERA NOTHRIDARUM.

Sic familia haec in genera subdivi potest :



GENUS I. **Hypothonius** Koch. 1842.

Sic dividantur huius generis species :

Abdomen in segmenta duo intersese subaequalia, sulco transverso divisum (580  $\mu$ .) . . . **H. rufulus Koch**Uncus  
pedum  
unicusAbdomen in  
segmenta tria  
vel quatuor,  
magnitudine  
intersese dis-  
paria divisumAbdomen in  
segmenta tria  
(ex quibus me-  
dium ceteris  
minus) divisumSetulae pseudo-  
stigmaticae lon-  
gae, barbatulae  
(360  $\mu$ .) . . .**H. pallidulus Koch**Setulae pseudo-  
stigmaticae cla-  
viformes (180  $\mu$ .)**H. brevis Mich.**Abdomen in segmenta quatuor di-  
visum, ex quibus secundum et  
tertium ceteris minus (330  $\mu$ .) .**H. lanatus Mich.**Unci pedum tres . . . . . **H. tectorum Berl.**

Species huius generis hucusque notae ergo sunt :

*Hypothonius rufulus Koch*, (Tota Europa); *Hypothonius pallidulus Koch* (Tota Europa); *Hypothonius brevis Mich.* (Britannia); *Hypothonius lanatus Mich.* (Britannia); *Hypothonius tectorum Berlese* (Italia).

GENUS II. *Angelia* Berlese 1885.

Sic huius generis species dividas.

- |                                                                                         |                                                                    |                                                                            |                                                                                                                                      |                                                                                                                                     |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Derma duriusculum, notogastrum convexum.</p>                                         | <p>Unci pedum unicus vel duo numero (quorum alter filiformis).</p> | <p>Setulae pseudostigmaticae leniter clavatae. (150 <math>\mu</math>.)</p> | <p>. . . . . <i>A. palustris</i> (Koch) Berl.</p>                                                                                    |                                                                                                                                     |
|                                                                                         |                                                                    |                                                                            | <p>Setulae pseudostigmaticae exiliiores, filiformes, longae.</p>                                                                     | <p>. . . . . <i>A. palliata</i> (Koch) Berl.</p>                                                                                    |
|                                                                                         |                                                                    |                                                                            |                                                                                                                                      | <p>. . . . . <i>A. Targionii</i> Berl.</p>                                                                                          |
|                                                                                         |                                                                    |                                                                            | <p>Abdomen postice rotundatum et tuberculis pluribus, setas longe runcatas, plumosulas gerentibus auctum (830 <math>\mu</math>.)</p> | <p>Abdomen postice subrecte truncatum, tuberculis destitutum et tantum setulis leniter clavatis ornatum (850 <math>\mu</math>.)</p> |
| <p>. . . . . <i>A. murcloides</i> Berl. (*)</p>                                         |                                                                    |                                                                            |                                                                                                                                      |                                                                                                                                     |
| <p>Derma molle, notogastrum complanatum aut conveniensculum; minores, larvaeformes.</p> | <p>Uncus pedum unicus.</p>                                         | <p>Setulae stigmaticae longae, piliiformes, simplices . . . . .</p>        | <p>. . . . . <i>A. monodactyla</i> (Mich.) Berl.</p>                                                                                 |                                                                                                                                     |
|                                                                                         |                                                                    |                                                                            | <p>Unci pedum tres.</p>                                                                                                              | <p>Derma nitidum (600 <math>\mu</math>.)</p>                                                                                        |
|                                                                                         | <p>Derma reticulatum, punctulatum (360 <math>\mu</math>.)</p>      | <p>. . . . . <i>A. tarda</i> (Mich.) Berl.</p>                             |                                                                                                                                      |                                                                                                                                     |

(\*) Huic et sequenti speciei, in genere hoc proxime est introducenda *Michaelia paradoxa* Halleri (America), nisi larva aliae speciei sit.



Species huius generis sunt inventae in tota Europa, exceptis *Angelia Targionii* Berl. quae in Italia et Britannia tantum est collecta; *Angelia murcioides* Berl. (Italia); *Angelia monodactyla* (Mich.) Berl. (Britannia); *Angelia glabra* (Mich.) Berl. (Britannia); *Angelia tarda* (Mich.) Berl. (Britannia, Italia).

*Divitis* generis huius sic species dividas :

|                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Notogastrum<br>spinis latera-<br>libus robustis<br>et longioribus<br>auctum.                                                    | Spinæ omnes longiores recurvae, tuberculo longo susten-<br>tae; abdomen postice vix excavatum (840 µ.) . . . . . <i>N. spiniger</i> Koch                                                                                                                                              |
|                                                                                                                                 | Spinæ omnes mediocres, rectae, tuberculo breviori, sus-<br>tentae; abdomen postice longe bifidum (long. ?) . . . . . <i>N. echinatus</i> Koch.                                                                                                                                        |
|                                                                                                                                 | Abdomen postice in tuberculos tantum duos longiores, se-<br>tigers terminatum (1 mill.) . . . . . <i>N. segnis</i> (Herm.) K.                                                                                                                                                         |
| Notogastrum<br>spinis latera-<br>libus destitu-<br>tum, vel tan-<br>tum setulis<br>curtissimis,<br>vix conspi-<br>cuis, auctum. | Abdomen postice sub noto-<br>gastro, tuberculo unico, lato,<br>inter tuberculos duos insito,<br>bipilo, auctum (600 µ.) . . . . . <i>N. angulatus</i> Koch                                                                                                                            |
|                                                                                                                                 | Abdomen postice<br>stice tuberculo<br>tuberculis plu-<br>ribus, termina-<br>tum.<br>Abdomen po-<br>stice tubercu-<br>lis nullis vel<br>mediocribus/<br>(non ad angu-<br>lis abdominis<br>insitis) termi-<br>natum.                                                                    |
|                                                                                                                                 | Abdomensub<br>notogastro po-<br>stice tuberculo<br>unico lato vel<br>tuberculis plu-<br>ribus, termina-<br>tum.<br>Tuberculi post-<br>abdominales<br>duo, maiores,<br>approximati,<br>curte piligeri<br>(1 mill.) . . . . . <i>N. biverrucatus</i> Koch                               |
|                                                                                                                                 | Abdomen postice<br>sub notoga-<br>stro conspi-<br>cuis, praedito.<br>Tuberculi post-<br>abdominales<br>quatuor, ma-<br>gnitudine inter-<br>sesepares, satis<br>longe piligeri<br>(800 µ. 1 mill.) <i>N. horridus</i> (Herm.) K.                                                       |
|                                                                                                                                 | Abdomen po-<br>stice in mucro-<br>ne vel mucroni-<br>bus, sub noto-<br>gastro haud<br>productum.<br>Margo abdominis posticus<br>externe convexus (660 µ.) . . . . . <i>N. invenustus</i> Mich.<br>Margo abdominis posticus<br>concauus (800 µ.) . . . . . <i>N. bicarinatus</i> Koch. |

Species huius generis hucusque notae et bene descriptae sunt :

*Nothrus spiniger* Koch (Tota Europa); *Nothrus echinatus* Koch (Germania); *Nothrus segnis* (Herm.) Koch (Tota Europa); *Nothrus angulatus* Koch (Germania, Italia); *Nothrus biverrucatus* Koch (Germania, Britannia); *Nothrus horridus* (Herm.) Koch (Tota Europa); *Nothrus invenustus* Mich. (Britannia); *Nothrus bicarinatus* Koch (Tota Europa); *Nothrus flagellatus* Berl. (America).

Species huius generis negligendæ sunt:

*Nothrus acuminatus* Koch est pullus *Oppiæ bipilis*;  
*Nothrus anauniensis* C. et F. est *Angelia sylvestris*;  
*Nothrus ansatus* Haupt.; idem est quam *Nothrus echinatus*;  
*Nothrus biciliatus* Koch, an *Angelia sylvestris* ?;  
*Nothrus bicolor* Koch, ignotum est cui speciei adpropinquandus;  
*Nothrus bicristatus* Haupt., cum qua specie concurrit ?;  
*Nothrus bispinosus* Koch, nympa est *Nothri horridi*;  
*Nothrus biurus* Koch, idem est quam *Nothrus segnis*;  
*Nothrus borealis* Thorell, an *Nothrus horridus* ?;  
*Nothrus canaliculatus* Koch, forsitan *Neoliodes theleproctus* est exuviis larvalibus destitutus;  
*Nothrus circuoallatus* Haupt.; est *Neoliodes theleproctus*;  
*Nothrus cirrosus* C. et F. est *Angelia palliata*;  
*Nothrus concavus* Haupt., au *Nothrus echinatus* ?  
*Nothrus convexus* Koch, est *Hermannia picea*;  
*Nothrus cynocephalus* Koch, an generis *Carabodes*?;  
*Nothrus dimera* Haupt. est *Neoliodes theleproctus*;  
*Nothrus doliaris* Koch. nympa est generis *Angelia*;  
*Nothrus dorsatus* C. et F. est pullus *Neoliodis theleprocti*;  
*Nothrus ellipticus* Haupt. cui speciei adpropinquandus ?;  
*Nothrus farinosus* Koch, pullus est *Neoliodis theleprocti*;  
*Nothrus furcatus* Koch, idem est quam *Nothrus segnis*;  
*Nothrus gibbus* Koch, *Hermannia* est. sp. ?;  
*Nothrus minimus* Koch, nympa est cuius speciei ?;  
*Nothrus mutilus* Koch, idem est quam *Nothrus horridus*;  
*Nothrus obsoletus* Koch, pullus est cuius speciei ?  
*Nothrus oviivorus* Pakard, forsitan *Cymbaeremeus Cymba* est.;  
*Nothrus ovulum* Haupt., forsitan generi *Hermannia* vel generi *Carabodes* pertinet;

*Nothrus pallens* Koch, est *Angelia palustris* junior;  
*Nothrus peltifer* Koch, forsitan junior est *Angeliae palliatae*;  
*Nothrus pigerrimus* Koch. est *Nothrus bicarinatus*;  
*Nothrus pollinosus* Koch, an generis *Belba*?;  
*Nothrus posticus* Koch, nympa est, cuius speciei?;  
*Nothrus quadracanthus* Haupt. quid est? an *Nothrus horridus*?;  
*Nothrus rostratus* Koch, idem est quam *Nothrus angulatus*;  
*Nothrus runcinatus* Koch, est *Nothrus angulatus*;  
*Nothrus scaliger* Koch, est *Neoliodes theleproctus*;  
*Nothrus sinuatus* Koch, est *Nothrus horridus* vel *N. angulatus*;  
*Nothrus sordidus* Koch, est *Nothrus angulatus* forsitan junior;  
*Nothrus spirophilus* Haupt. quid est an *Angelia palliata*?;  
*Nothrus ventricosus* Koch, est *Nothrus bicarinatus*.

Species sequentes in alio genere sunt introducendæ :

*Nothrus Doderleinii* Berl., idest *Neoliodes Doderleinii* ;  
*Nothrus glaber* Mich. est *Angelia glabra*;  
*Nothrus monodactylus* Mich. inseratur in genere *Angelia*;  
*Nothrus nanus* Nic., idest *Angelia nana*;  
*Nothrus palliatus* Koch, sive *Hermannia palliata*;  
*Nothrus palustris* Koch, apelletur *Angelia palustris*;  
*Nothrus piceus* Koch. sit *Hermannia picea*;  
*Nothrus pulverulentus* Koch, inseratur in genere *Belba*, nomine *B. pulverulenta*;  
*Nothrus sylvestris* Nic., idest *Angelia sylvestris*;  
*Nothrus tardus* Mich. idest *Angelia tarda*;  
*Nothrus Targionii* Berl., generi *Angelia* pertinet;  
*Nothrus theleproctos* Koch. (aliorumque auctorum) typus est generis *Neoliodes*.

GENUS IV. **Hermannia** Nicolet 1855.

Species huius generis hucusque notae sic sunt dividendae :

Abdomen apophysii laterali, corniculata, inter tertios et quartos pedes manifesta, auctum (600  $\mu$ .) . . . . . **H. granulata** Nic.

|                                                    |                                                                           |                                       |                                                                                               |
|----------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| Abdomen apophysii laterali corniculata destitutum. | Notogastrum granis grossis et densis scabratum.                           | Abdomen breviter ovatum, subglobosum. | Abdomen longe ovatum (510 $\mu$ .) . . . . . <b>H. nana</b> (Nic.) Berl.                      |
|                                                    |                                                                           |                                       | Setulae pseudo-stigmaticae breviores, clavatae (870 $\mu$ .) . . . <b>H. nodosa</b> Mich.     |
|                                                    |                                                                           |                                       | Setulae pseudo-stigmaticae longae, clavatae (820 $\mu$ .) . . . <b>H. picea</b> (Koch.) Mich. |
|                                                    | Notogastrum crasse reticulatum (850 $\mu$ .) <b>H. reticulata</b> Thorell |                                       |                                                                                               |

Species supradictae sunt compertae :

*Hermannia granulata* Nic. (Tota Europa); *Hermannia nana* (Nic.) Berl. (Gallia, Italia, Britannia); *Hermannia nodosa* Mich. (Britannia); *Hermannia reticulata* Thorell (Spitzberga, Britannia); *Hermannia picea* (Koch) Mich. (Tota Europa).

Huius generis species deiciendae, vel in alio genere inserendae sunt :

*Hermannia arrecta* Nic., (Mich., Can.) est *Hermannia granulata*.

*Hermannia bistrata* Mich., est *Angelia palliata*.

*Hermannia crassipes* Nic. (et Haller), est *Hermannia picea* Koch.

### GENUS V. **Ameronothrus** Berl. 1896.

Huius generis species sic sunt dividendae :

Notogastrum totum rugis vel plicis signatum (680  $\mu$ .) . . . . . **A. corrugatus** (Mich.) Berl.

|                                                                |   |                                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------|---|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Notogastrum totum vel partim punctis aequae et dense signatum. | } | Notogastrum lateribus punctulatis, in medio corrugatum (620 $\mu$ .) . . . . . <b>A. bilineatus</b> (Mich.) Berl. |
|                                                                |   | Notogastrum totum aequae punctulatum. (540 $\mu$ .) . . . . . <b>A. maculatus</b> (Mich.) Berl.                   |

Species huius generis tantum in Britannia sunt inventae.

### GENUS VI. **Neoliodes** Berl. 1888.

Duae huius generis species sic sunt distinguendae :

Notogastrum excavatum, posterius longe bicultrigerum (1,70 mill.) . . . . . **N. Doderleinii** Berl.

Notogastrum convexum, posterius brevissime biclavigerum (1,50 mill.) . . . . . **N. theleproctus** (Herm.) Berl.

*Neoliodes theleproctus* (Herm.) Berl. in tota Europa et America (var. *porcellus*) est inventus; *N. Doderleinii* Berl. In Italia et Britannia est collectus.

### FAMILIA III.<sup>a</sup> DAMOEIDAE.

(Tabb. V, VI).

*Cephalothorax cum abdomine firmiter coniunctum. Derma rarius nitidum, plerumque punctulatum vel scabratum. Notogastrum convexum, vel leniter complanatum, vel excavatum. Anticum lamellis nullis; adsunt tamen aliquando plicae carinuliformes, vel longitudinales, vel complicatae dispositae, antierius semper pilo lamellari destitutae. Lamellae malares nullae. Pilus tamen ad verticem stat. Tectopedia prima nulla; tectopedia secunda et tertia magis evoluta, in mucronem lateralem sub femuris primi secundique paris conspicua, transverse expansa. Notogastrum pteromorphis nullis.*

*Pedes mediocres, corpus longitudine aequantes vel longissimi, corpore multo longiores.*

*Ambulacra uncis tribus, vel unco unico constituta.*

*Larvae plerumque vel scutis larvalibus vel granulis terreis et quisquiliis indutae, pilis simplicibus auctae, dermate molli plicato vel verruculato tamen protectae.*

**Corpus** antico conico, magno abdomineque ovato compositum.

**Derma** durum, plerumque scabrum vel punctulatum vel areolatum, aliquando etiam nitidum. Anticum plerumque etiam in medio dorso ab abdomine optime distinctum est. *Lamellae* in hac familia semper deficiunt. Sunt tamen, aliquando, in medio *Antici* dorso plicae vel rugositates dermatis duriores, carinuliformes, quae tamen cum lamellis non sunt comparandae, sed potius cum plicis, in *Nothris* manifestis, quia seta lamellari antierius semper sunt destitutae. Hoc caractere, praecipue, familia haec inter oribatidas haud lamellatas inserenda, et *Nothris*, aliisque inferioribus adpropinquanda. Differt tamen a *Nothris* praecipue propter tectopedia secunda et tertia bene manifesta.

*Tectopedia* prima nulla semper sunt, neque carina ulla significata, sed tectopedia secunda, partim valvaeformia, satis vel valde evoluta conspiciuntur et partem basilarem femuris primi involvunt; tectopedia autem tertia, in mucronem latiusculum, externe truncatum et inferne subdenticulatum sunt deformata, qui mucro, longe sub femuribus secundis extenditur, inter antici basim et abdominis originem manifestissimus, auriculiformis.

Pili interlamellares, vel nulli vel obsoleti sunt.

**Abdomen** ovatum vel globosulum est, et supra saepius convexum, aliquando excavatum vel impressum, sed margine nullo semper circumdatum. Notogastrum ad ventrem plicatum, scutum ventrale circumdat et marginat, circum genitalia anumque. In *Belbis* et *Damoeis* etiam notogastrum anterius plicis dermatis, Anticis similibus, augitur.

**Rostrum** normale, sive ut in plerisque Oribatidis constitutum.

**Pedes** sunt mediocres, corpore vix breviores, marginales vel subinferi, vel corpore valde longiores, nodosi. *Ambulacra* vel uncis tribus intersese magnitudine disparibus, cum medius ceteros superet, vel unco unico sunt composita.

**Larvae** vel tyroglyphiformes, dermate molli indutae, pilisque plus minusve longis ornatae, vel dermate in dorso scabriusculo, verruculato et exuviis notogastri persistentibus, (nymphae) sunt in dorso auctae, vel granulis terreis et quisquiliis indutae, quod est aliquando etiam in adultis, ut in genere *Neoliodes* aliisque.

**Habitant** Damoei in hudis, sub petris, inter muscos, alibique in vegetabilibus putrescentibus.

## Explicatio Tabularum.

### Tab. V.

Fig. 1. *Belbae geniculatae* nympha e latere visa, quisquiliis (a) et exuviis larvalibus onusta.

Fig. 2. *Belba tecticola* supina (exceptis pedibus).

a tectopedia secundi paris; b eadem tertii paris; c scutum dorsuale; d idem ventrale.



Fig. 3. *Damocus Dugesii* supinus.

Litterae ut in figura praecedenti.

Fig. 4. *Cymbaeremaei* *Cymbae* larva prona.

Fig. 5. *Cymbaeremacus* *Cymba* pronus.

## Tab. VI.

Fig. 1. *Damocis Dugesii* corporis proni pars anterior.  
*a* tectopedia tertiis paris; *b* eadem secundi paris; *c* seta pseudostigmatica; *d* notogastrum; *e* anticum.

Fig. 2 *Cymbaeremaeus* *Cymba* supinus.

*a* tectopedia secundi paris; *b* eadem tertiis paris; *c* notogastris vitta marginalis (pars ventri pertinens); *d* scutum ventrale.

Fig. 3. *Eremaeus oblongus* supinus.

*a* notogastris pars ventralis; *b* tectopedia secundi paris; *c* eadem tertiis paris; *d* scutum ventrale.

### GENERA DAMOEIDARUM.

Sic dividantur:

|                                                               |   |                                                                                  |
|---------------------------------------------------------------|---|----------------------------------------------------------------------------------|
| Pedes corpore breviores vel corpus vix longitudine aequantes. | { | Notogastrum convexum, integrum. <b>Eremaeus</b>                                  |
|                                                               |   | Notogastrum in medio excavatum, circum marginatum . . . . . <b>Cymbaeremaeus</b> |

|                                        |   |                                                                                                                          |
|----------------------------------------|---|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Pedes corpore multo longiores, nodosi. | { | Anticum in medio dorso cum abdomine confusum. . . . . <b>Amerus</b>                                                      |
|                                        |   | Anticum ab abdomine, etiam in medio dorso distinctum. { Pedes triungues. <b>Damocus</b><br>Pedes uniungues. <b>Belba</b> |

GENUS I. **Eremaeus** Koch 1842.

Species huius generis sic dividi possunt:

Setulae pseudostigmaticae, late flabelliformes (190  $\mu$ .) **E. lichenophorus** (Mich.) Berl.

|                                               |   |                                                                                                             |                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------|---|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Setulae pseudo-<br>stigmaticae cla-<br>vatae. | } | Anticum haud<br>carinulatum.                                                                                | Notogastrum nu-<br>dum (290 $\mu$ .) . . . <b>E. brevipes</b> (Mich.)                                                |
|                                               |   |                                                                                                             | Corpus setis lon-<br>gioribus, plumosis,<br>dense vestitum<br>(560 $\mu$ .) . . . . <b>E. serratus</b> (Mich.) Berl. |
|                                               |   | Anticum carinis<br>duabus longitudi-<br>nalibus super et<br>inter foramina<br>pseudostigmatica<br>signatum. | Abdomen globo-<br>sum, subnitidum<br>(600 $\mu$ .) . . . . <b>E. hepaticus</b> Koch.                                 |
|                                               |   |                                                                                                             | Abdomen ova-<br>le, punctulatum<br>(600 $\mu$ .) . . . . <b>E. oblongus</b> Koch.                                    |

Species ergo huius generis hucusque notae sunt:

*Eremaeus lichenophorus* (Mich.) Berl. (Britannia); *Eremaeus brevipes* Mich. (Britannia, Italia, Gallia); *Eremaeus serratus* (Mich.) Berl. (Britannia); *Eremaeus hepaticus* Koch (Germania Italia); *Eremaeus oblongus* Koch, (Tota Europa); *Eremaeus carinulatus* Berl. (America); *Eremaeus leprosus* Haller (America).

Species huius generis negligendae sunt:

*Eremaeus lineatus* Thorell, cui generi est adscribendus?

*Eremaeus minutus* Berl. est *Eremaeus brevipes* Mich.

In alio genere inserendi:

*Eremaeus Cymba* Nic. idest *Cymbaeremaes Cymba*;  
*Eremaeus ovalis* Koch. sive *Scutovertex ovalis*;  
*Eremaeus tibialis* Nic. sive *Cymbaeremaes tibialis*.

GENUS II. **Cymbaeremaes** Berl. 1895 (1).

Species huius generis sic sunt dividendae:

Uncus pedum unicus. Tibiae primi secundique paris globosae (340  $\mu$ ). . . . . **C. monilipes (Mich.) Berl.**

|                  |   |                                                                               |                                 |
|------------------|---|-------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------|
| Unci pedum tres. | } | Setulae pseudostigmaticae longae, setiformes, simplices (700 $\mu$ ). . . . . | <b>C. tibialis (Nic.) Berl.</b> |
|                  |   | Setulae pseudostigmaticae breviter clavatae (600 $\mu$ ). . . . .             | <b>C. Cymba (Nic.) Berl.</b>    |

Species *Cymbaeremaes Cymba* (Nic.) Berl. in Tota Europa est inventa; *Cymbaeremaes monilipes* (Mich.) Berl., in Britannia; *Cymbaeremaes tibialis* (Nic.) Berl. in Gallia sunt inventae.

---

(1) Genus hoc a genere *Ameronothrus* Berl. optime distinguitur, precipue Antico ab abdomine optime distincto, nec non tectopediis secundis et tertiis valde evolutis. In genere *Ameronothrus* Berl. autem, anticum cum abdomine in medio dorso confunditur, neque linea transversa ulla est quae partes istas distinguat, tectopedia autem omnia nulla, quo character *Nothris* proxime accedit.

Ab *Eremaeis* autem, genus *Cymbaeremaes* propter abdomen in medio excavatum et circum marginatum aliisque characteribus distinguitur.

GENUS III. **Damocus** Koch. 1842.

Sic species Dameorum dividi possunt:

|                        |   |                                                                                                                  |
|------------------------|---|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Notogastrum excavatum. | { | Setulae pseudostigmaticae simplices, filiformes, longiusculae (1 mill.) . . . <b>D. Dugesii</b> (C. et F.) Berl. |
|                        |   | Setulae pseudostigmaticae clavatulae, apice plumosulae (500 $\mu$ .) . . . . . <b>D. bicostatus</b> Koch.        |

Notogastrum convexum, longe piligerum  
(650  $\mu$ .) . . . . . **D. setosus** Berl.

Species huius generis sunt:

a) notogastro excavato:

*Damocus Dugesii* (C. et F.) Berl. (Italia); *Damocus bico-*  
*status* Koch. (Germania, Italia); *Damocus ornatissimus* Berl.  
(America).

b) notogastro convexo:

*Damocus setosus* Berl. (Italia).

Huius generis species negligendae haec sunt:

*Damocus craterifer* Hall., idest *Damocus* exuviis et quisquiliis vestitus;  
*Damocus femoratus* Koch. forsitan *Damocus Dugesii*;  
*Damocus nitens* Mich. idest *Dameosoma concolor*;  
*Damocus onustus* Koch. est *Damocus* sp. quisquiliis onustus;  
*Damocus papillipes* Nic. sive *Belba pulverulenta*;  
*Damocus riparius* Nic. est *Belba aurita*;  
*Damocus torvus* Koch. sive *Belba geniculatae* larva;  
*Damocus verticillipes* Nic. (nec non Michael); est *Belba pulverulenta*.

In alio genere sunt inserendae:

*Damocus auritus* Koch. sive *Belba aurita*;  
*Damocus clavipes* Mich. sive *Belba clavipes*;  
*Damocus concolor* Koch. idest *Dameosoma concolor*;  
*Damocus geniculatus* Koch. (et Nicolet, Michael, Haller), est *Belba*  
*geniculata*;  
*Damocus monilipes* Mich., idest *Cymbaeremaes monilipes*;  
*Damocus nodipes* Koch. sive *Dameosoma nodipes*;  
*Damocus splendens* Mich. idest *Dameosoma splendens*;  
*Damocus sufflexus* Mich., qui est *Belba sufflexa*;  
*Damocus tecticola* Mich. appellandus *Belba tecticola*;  
*Damocus tenuipes* Mich., idest *Belba tenuipes*;

GENUS IV. *Belba* Heyden 1828.

*Belbae* hucusque notae dividi ita possunt:

Notogastrum posterius, ad ventrem, late plicatum, tertiam ventris postici partem occupans (650  $\mu$ ). . . . . - ***B. sufflexa***  
(Mich.) Berl.

Setulae pseudostigmaticae in parte dimidia terminali, subito incrassatae, et plumosulae (670  $\mu$ ). . . . . - ***B. tenuipes***  
(Mich.) Berl.

Notogastrum in medio longitudinaliter quadrisulcatum (850  $\mu$ ). . . . . - ***B. aurita***  
(Koch.) C. et F

Setulae pseudostigmaticae leniter clavatulae (1,05 mill.) . ***B. clavipes***  
(L.) Berl.

Notogastrum vix ad ventrem plicatum et parum ventrem marginans.

Setulae pseudostigmaticae cylindricae vel parum clavatulae.

Notogastrum nitidum, haud sulcatum.

Setulae pseudostigmaticae exillimae, Antici latitudine longiores (650  $\mu$ ). . . . . - ***B. tecticola***  
(Mich.) Berl.

Setulae pseudostigmaticae filiformes.

Setulae pseudostigmaticae crassiusculae, Antici latitudine certe curtiores (1,50 mill.) ***B. geniculata***  
(L.)

Pedes corpore multo longiores, haud moniliformes, sive articulis omnibus fusiformibus.

Pedes corpore paulo longiores, moniliformes, sive articulis omnibus globoso-clavatis (500  $\mu$ ). . . . . - ***B. globipes***  
C. et B.

Species huius generis supradictae sunt inventae:

*Belba sufflexa* (Mich.) Berl. (Britannia, Italia); *Belba tenuipes* (Mich.) Berl. (Britannia); *Belba aurita* (Koch.) C. et F. (Tota Europa); *Belba clavipes* (L.) Berl. (Britannia et alibi?); *Belba tecticola* Mich. (Berl.) (Britannia, Italia); *Belba geniculata* (L.) C. et F. (Tota Europa); *Belba globipes* Can. et Berl. (Italia, et forsitan etiam Britannia).

Species huius generis negligendae, vel in alio genere inserendae sunt:

*Belba bicostata* C. et F, sive *Damoenus bicostatus*;  
*Belba denticulata* G et R. Can. quae est *Dameosoma concolor* K.;  
*Belba Dugesii* C. et F. est *Damoenus Dugesii*;  
*Belba gibba* C. et F. est *Damoenus bicostatus* exuviis et quisquiliis auctus;  
*Belba nodipes* Berl. idest *Dameosoma nodipes*;  
*Belba Troisii* Berl. sive *Amerus Troisii*.

#### GENUS IV. **Amerus** Berl. 1883 (1).

Unica huius generis species, hucusque nota, est *Amerus Troisii* Berl. (Italia).

---

(1) Primitus sectionem istam ut subgenus generis *Belba* consideravi, nunc genus peculiare instituendum pro hac specie puto.

## FAMILIA IV. TEGEOCRANIDAE.

(Tab. VII).

*Cephalothorax cum abdomine firmiter coniunctum. Derma scabrum, vel crasse punctulato-areolatum, vel areolatum, vel tuberculatum. Notogastrum in medio vel convexum, vel complanatum, vel rugoso-carinatum, circa margine lato plano vel elevato circumdatum, vel margine isto nullo.*

*Anticum lamellis maioribus vel mediocribus, plerumque antice intersese coniunctis, nunquam evanidis. Lamellae malares subnullae, tamen apice plerumque piligerae. Tectopedia prima longe carinuliformia, vel obsoleta; tectopedia secunda plus minusve valvaeformia, plerumque maiora; tectopedia tertia nulla vel denticuliformia vel mucroniformia.*

*Abdomen pteromorphis nullis.*

*Pedes mediocres, corpore semper curtiores. Ambulacra unci tribus intersese subaequalibus, vel unco medio ceteris maiori, vel unco unico constituta.*

*Larvae vel nudae tyroglyphiformes, aut setulis simplicibus auctae, vel appendicibus peculiaribus, vel pilis longioribus, plummosis ornatae.*

**Corpus** antico conico mediocri vel magno, nec non abdomine rotundato, vel ovali, vel globoso aut excavato (in dorso) compositum.

**Derma** semper scabrum, vel areolato-punctulatum, areolis minusculis, in *Cepheis*, vel areolis crassis in *Tegeocranis* etc. est exaratum. In genere *Carabodes*, etiam femurum derma crasse areolatum est.

Anticum ab abdomine in dorso bene distictum est, tamen in unico genere *Tectocephus*, notogastrum cum antico confunditur, neque linea ulla transversa partes corporis istas dividit. *Lamellae* in antico semper sunt, nullo excepto et plerumque maiores, laminiformes, intersese antierius approximatae.

Sic sunt in *Cepheis* et *Tegeocranis*. In genere *Carabodes* vel obsoletiores, vel laminiformes ad latera antici conspiciuntur, antierius intersese discretæ. Videbis autem lamellas carinuliformes in genere *Scutovertex*, intersese translamella plerumque coniunctas.

*Tectopedia* prima sunt carinuliformia, linearia, lamellis subparallela in genere *Cepheus*, sed plerumque evanida sunt in ceteris huius familiae generibus. *Tectopedia* secunda maiora et partim valvaeformia sunt in genere *Cepheus* et *Carabodes* et *Tegeocranus*; statura minori in generibus *Scutovertex* aliisque. Sed *tectopedia* tertia, nulla omnino videbis in *Cepheis*, sed bene evoluta, mucroniformia, fere ut in *Eremaeis*, sunt in generibus *Carabodes*, *Tegeocranus*.

In Antici dorso, adsunt plerumque pili interlamellares, aliquando nulli, plerumque manifesti vel manifestissimi. Lamellae quoque pilo plerumque crassiusculo, clavatulo vel plumosulo, brevi, introrsus recurvo sunt apice terminatae. In nonnullis etiam pili males mediocres sunt.

**Abdomen** notogastro rotundato vel ovali, vel (*Cepheus*) suquadrato-rotundato est auctum. *Notogastrum* in nonnullis huius familiae generibus convexum est, in aliis subplanum vel excavatum adparet, quod in medio plus minusve sit elevatum, sed margines eius, a parte media sulco marginibus parallelo distincti, vel plani sunt vel elevati.

In *Carabode femorali*, pars media notogastri ovalis est et alta, sed plicis crassioribus dermatis, sublongitudinalibus alte asperata. In ceteris speciebus generis *Carabodes* nec non in *Tegeocranis* margo notogastri circa partem mediam extensus, totus transverse striatus est, cum pars media sit areolata vel crasse punctata aut variolosa.

**Rostrum** ut in plerisque *Oribatidis* est.

**Pedes** mediocres sunt, semper corpore curtiores, et tertii quartique paris, semper plus minusve inferi.

*Ambulacra* unciis tribus intersese subaequalibus sunt constituta in *Cepheis*, sed species generis *Scutovertex* vel unco unico vel unciis tribus, ex quibus medius ceteros valde superat, pedes auctos habent; *Tegeocrani* et *Carabodes* autem unco unico sunt praediti.

**Larvae** tyroglyphiformes, sive dermate molli, subnudo haud scabro, sunt in genere *Carabodes*; dermate in



dorso plicato et duriusculo, sunt in *Scutoverticis* speciebus generis, in genere *Tegeocranus* autem, elegantissime, pilis securiformibus vel longis setis plumosis sunt indutae.

**Habitant** acari isti in hudis, sive in muscis, sub petris alibique. Invenies species generis *Scutovertex* in muscis et humo tectorum, species generum aliorum in muscis vel super arbores.

### Explicatio tabulae.

Fig. 1. *Tegeocrani lati* nympha prona.

(Ex exemplis typicis a Cl. Michaelio primitus inventis, eximie praeparatis et mihi benignissime in donum pergratum traditis).

Fig. 2. Eiusdem appendicula flabelliformis, magis amplificata.

Fig. 3. *Scutoverticis ovalis* pars corporis antica supina. *f* tectopedia secundi paris; *e* eadem tertii.

Fig. 4. *Cephei tegeocrani* pars corporis antica prona. *a* lamellae; *b* clypei margines (Tectopedia primi paris); *c* tectopedia secundi paris; *d* setulae pseudostigmaticae; *e* notogastrum.

Fig. 5. *Tectocephheus velatus* supinus.

*a* lamellae; *b* tectopedia secundi paris; *c* eadem tertii; *d* notogastrum; *e* scutum ventrale.

Fig. 6. *Cephei tegeocrani* pars corporis antica e latere visa, litteris ut in fig. 4.

GENERA TEGEOCRANIDARUM.

Sic familia haec in genera subdividi potest:

|                                                                                                  |                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |   |                                                                                                                                        |   |                                                                                                  |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|--------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Abdomen rotundum vel rotundato - quadrangulum; femura omnia fusiformia, dermate nitido protecta. | }                                                                                                                                      | Pedes ambulacris triunguibus . . . <b>Cepheus</b><br>Pedes ambulacris uniunguibus . . . <b>Tegeocranus</b>                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |   |                                                                                                                                        |   |                                                                                                  |
| Abdomen ovale                                                                                    | }                                                                                                                                      | Anticum a notogastro haud distinctum (in dorso) . . . . . <b>Tectocephus</b><br>Anticum a notogastro bene distinctum. <table style="margin-left: 20px; border-collapse: collapse;"> <tr> <td style="font-size: 3em; vertical-align: middle;">}</td> <td style="vertical-align: middle;">           Femura omnia fusiformia, in sectione transversa rotunda, ceteris articulis vix crassiora. Pedes triungues . . . . . <b>Scutovertex</b> </td> </tr> <tr> <td style="font-size: 3em; vertical-align: middle;">}</td> <td style="vertical-align: middle;">           Femura omnia clavata, in sectione transversa polygona. Pedes uniungues. . . . . <b>Carabodes</b> </td> </tr> </table> | } | Femura omnia fusiformia, in sectione transversa rotunda, ceteris articulis vix crassiora. Pedes triungues . . . . . <b>Scutovertex</b> | } | Femura omnia clavata, in sectione transversa polygona. Pedes uniungues. . . . . <b>Carabodes</b> |
| }                                                                                                | Femura omnia fusiformia, in sectione transversa rotunda, ceteris articulis vix crassiora. Pedes triungues . . . . . <b>Scutovertex</b> |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |   |                                                                                                                                        |   |                                                                                                  |
| }                                                                                                | Femura omnia clavata, in sectione transversa polygona. Pedes uniungues. . . . . <b>Carabodes</b>                                       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |   |                                                                                                                                        |   |                                                                                                  |

GENUS I. *Carabodes* Koch (1842).

Species generis *Carabodes* sunt infrascriptae:

Notogastrum haud margine complanato circumdatum, sed rotum convexum, punctulatum (450  $\mu$ .) . . . . . *C. labyrinthicus* (Mich.) Berl.

Notogastrum in media parte punctulatum (500  $\mu$ .) . . . . . *C. marginatus* (Mich.) Berl.

Lamellae laminiformes, setulae corporis marginales simplices, runcatae, bene evolutae et plures (680  $\mu$ .) . . . *C. elongatus* (Mich.) Berl.

Notogastrum marginatum, sive parte media ovali, convexa, parte vitaeformi marginali transverse striata.

Notogastrum in media parte crasse rugosum.

Lamellae crasse carinuliformes, minus conspicuae; margo abdominis vel nudus vel raro et curtissime pilosulus.

Notogastri plicae vel rugae, plures minores complicatae, setulae notogastri clavatae, albicantes (620  $\mu$ .) . . . . . *C. coriaceus* (Koch) Berl.

Notogastri plicae vel rugae, paucae numero longae, sublongitudinales, distinctae, setulae notogastri nullae (620  $\mu$ .) *C. femoralis* (Nic.) Berl.

Species supradictae sunt inventae:

*Carabodes labyrinthicus* (Mich.) Berl. (Britannia); *Carabodes marginatus* (Mich.) Berl. (Britannia); *Carabodes elongatus* (Mich.) Berl. (Britannia, Italia); *Carabodes coriaceus* (Koch) Berl. (Germania, Britannia, Italia); *Carabodes femoralis* (Nic.) Berl. (Gallia, Britannia, Italia).

Species minus bene notae sunt:

*Carabodes cephalotes* Koch, et *C. cynocephalus* Koch intersese forsitan confines vel identici, qui nulli ex supradictis speciebus sunt comparandi, quamvis vere huius generis esse videantur, praecipue femorum fabrica et antico maiori.

GENUS II. **Scutovertex** Mich 1879 (1).

Sic dividantur huius generis species :

Uncus pedum unicus . . . . . **S. lacustris Mich. Berl. (2).**

|                 |   |                                                                 |                                                                                                                                                                              |
|-----------------|---|-----------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Unci pedum tres | { | Notogastrum circa margine transverse striatum, auctum . . . . . | <b>S. ocellatus (Mich.) Berl.</b>                                                                                                                                            |
|                 |   | Notogastrum haud marginatum, convexum                           | { Lamellae bene evolutae; notogastrum impressum. <b>S. caelatus Berl.</b><br>{ Lamellae carinuliformes, notogastrum bene et aequae convexum . <b>S. ovalis (Koch.) Berl.</b> |

Species ergo huius generis sunt: *Scutovertex lacustris* (Mich.) Berl. (Britannia); *Scutovertex ocellatus* (Mich.) Berl (Britannia). *Scutovertex ovalis* (Koch) Berl. (Germania, Britannia, Italia); *Scutovertex caelatus* Berl. (Italia).

GENUS III. **Tectocephus** Berl. 1895 (3)

Una tantum huius generis minuscula species est nota, sive *Tectocephus velatus* (Mich.) Berl., in Britannia et in Italia collecta.

---

(1) Species generis *Scutovertex* a *Cymbaeremaeis* abdomine supra convexo, tecti lamellis aliisque characteribus distinguuntur, ab *Eremaeis* praecipue antico carinulato.

(2) Species haec e genere aberrat, forsitan quia aquatica. Dermate punctulato satis crasse tamen gaudet, quamvis Cl. Michael n'itidum in figuris ostendat. Sed ego vidi esempla typica ab ipso Michaelio collecta et mecum benignissime communicata.

(3) Antico in medio dorso cum notogastro confuso, aliisque characteribus a caeteris huius familiae generibus distinctum.

GENUS 1. *Tegeocranus* Nicolet 1855 (1).

Sic huius generis species dividas:

Lamellae in margine libero den-  
tatae (800  $\mu$ ) . . . . . **T. dentatus Mich.**

Margo notogastrici, partem  
diam circumdans,  
transverse striatus;  
pars media diverse impressa.

Lamellae in margine libero, integrae.

Lamellae anteriorius interseae coniunctae, apice im-  
pilatae (620  $\mu$ ) . . . . . **T. cepheiformis Nic.**

Lamellae apice interseae discretae,  
piligeratae (900  $\mu$ ) . . . . . **T. latus (Koch.) Mich.**

Margo notogastrici nullus; notogastrium totum in a-  
eolas latas divisum (590  $\mu$ ) . . . . . **T. hericius Mich.**

Species haec sunt inventae:

*Tegeocranus latus* (Koch) Mich. (Germania, Gallia, Britannia, Italia); *Tegeocranus cepheiformis* Nic. (Gallia, Britannia, Germania, Italia?) *Tegeocranus dentatus* Mich. (Britannia); *Tegeocranus hericius* Mich. (Britannia).

(1) Species haec verum interseae nimis confines sunt, et forsitan varietates. Mens *Tegeocranus cepheiformis* (fasc. XXXVII, fig. 7.) cum nulla supradictarum specierum convenit, et si dentibus in lamellis gauderet, satis *T. dentato* proximus videretur. Cum *T. lato* convenit, sed notogastro granuloso nec vermiculariter rugoso discretus.

Haec dixi ut nimia specierum harum interseae affinitas adpareat.

GENUS V. *Cepheus* Koch 1842.

Haec sunt huius generis species hucusque notae:

Lamellae antierius intersese discretae; notogastrum pilis simplicibus longiusculis indutum (800  $\mu$ .) . . . . .

*C. bifidatus* Nic.

Lamellae antierius intersese contiguae; notogastrum pilis curtissimis auctum.

Pili interlamellares longiores; setulae pseudostigmaticae longe clavatae (900  $\mu$ .) . . . . .

*C. tegeocranus* (Herm.) O. et F.

Pili interlamellares brevissimi aut nulli; setulae pseudostigmaticae pyriformes (1 mill.) . . . . .

*C. latus* Nic.

*Cepheus bifidatus* Nic. (Gallia, Britannia), in Italia nondum est inventus, ceterae species in tota Europa sunt obviae. *Cepheus variolosus* Berl. in America est collectus.

In alio genere inserendae vel omnino negligendae sunt species:

*Cepheus minutus* Koch et *Cepheus ovalis* eiusdem auctoris qui cum *Scutovertice ovali* sunt comparandi.

## FAMILIA V<sup>a</sup> LEIOSOMIDAE.

(Tabb. VIII-IX).

*Cephalothorax cum abdomine firmiter coniunctum. Derma nitidum vel tenuissime punctulatum.*

*Abdomen in dorso (notogastrum) convexum, haud impressum. Anticum lamellis bene manifestis, vel minoribus, rarius evanidis, apice semper piligeris auctum. Lamellae malarum subnullae, tamen apice piligerae. Tectopedia prima longe carinuliformia vel obsoleta; tectopedia secunda plus minusve valvaeformia, tertia nulla vel obsoleta vel denticuliformia. Abdomen pteromorphis nullis, vel obsoletis.*

*Pedes mediocres, saepius corpore curtiores, rarissime corpore longiores.*

*Ambulacra unci tribus intersese magnitudine subaequalibus constituta, vel unco unico, vel (Zetorchestes) unguicula et membrana composita.*

*Larvae nudaе, plerumque dermate in dorso nitido auctae, rarius dermate corrugato, vel transverse plicato, pilis plerumque simplicibus, aliquando verum (Leiosoma palmicinctum) late foliaceis.*

**Corpus** antico conico, mediocri, nec non abdomine rotundato, vel ovali, vel globoso.

**Anticum** ab abdomine, in dorso, bene distinctum est, et plerumque lamellis chitineis, et tectopediis est praeditum.

**Derma** trunci totius nitidissimum est, vel, rarius, tenuissime punctulatum, semper tamen lucidum et pilis simplicibus (in adultis) auctum. Lamellae stant super anticum extensae, e margine antici postico exortae, et anterieus concurrentes, vel intersese satis discretae, vel lamella quadam transversa rarius coniunctae, numquam tamen anticum, quasi tectum, protegentes. Ex extremo harum laminarum dente procedit seta simplex, longiuscula vel longissima (setae lamellares). Si carinula vel lamella obsoleta sit vel om-

nino deficiat, adsunt saltem, in medio antico, pili lamellares simplices, plus minusve longi.

Antici pars rostrum superne protegens, in laminulas laterales (*malares*) aliquando vix expanditur, sed saepius lamellae malares obsoletae vel nullae sunt, seta tamen ex lamella ista procedens semper adest.

*Tectopedium* primum, vel nullum est (*Dameosoma*) vel longe carinuliforme (*Leiosoma*) sub lamellis ad latera antici extenditur. *Tectopedium* secundum, squamulae rotundatae instar, lateraliter, ad pedum anticorum originem extenditur, et inter primi secundique paris coxas insitum est. *Tectopedium* tertium autem, vel nullum omnino est (*Leiosoma*, *Dameosoma*) et tunc pedes secundi paris quasi e basi tectopedii secundi exoriuntur, tum dentiforme, minusculum (*Oppia*) ad coxas secundas conspicitur. Hic inde variae generum diversorum facies, quia anticum basi constrictum quasi adpareat in *Dameosomis*, propter tectopedia tertia nulla, vel sexile, sive constrictione nulla ab abdomine seiunctum videatur in *Oribatulis Oppiisque*, quia in generibus istis tectopedia tertia vel minuscula vel nulla sunt.

Adsunt *pili interlamellares* (sive setulae ad antici basim in dorso insitae) semper simplices vel leniter plumosulae plus minusve longae.

**Abdomen** scuto unico dorsuali (*notogaster*) ventrale inferne marginanti, semper alte convexo et nitido, numquam impresso est protectum. Derma autem nitidissimum vel tenuissime punctulatum, numquam areolatum. Abdomen tamen alis (*pteromorphae*) numquam gaudet, sed notogastrum aliquando (*Oribatula*) margine suo antico, vel anticolaterali, leniter super cephalothoracem extenditur, et marginulus iste pteromorpharum in *Pterogasterinis* valde evolutarum est rudimentum.

**Rostrum** in plerisque huius familiae generibus ut in ceteris *Oribatidis* est constitutum, sed in genere *Serrarius* mandibulis longis, apice serrulatis, maxillisque anormalibus, valde a ceteris est diversum.

**Pedes** plerumque mediocres sunt, et corpore curtiores, sed in *Dameosoma concolor*, *D. nodipes*, corpore valde longiores, ut in *Belbis* vel *Damoeis*. Pedes omnes laterales, vel e lateribus corporis procedentes sunt in *Dameosomis* et



*Oppiis* sed in *Oribatulis* et *Leiosomis*, pedes tertii quartique paris inferi sunt, sive intra marginem abdominis lineamque medianam insiti.

*Ambulacra* uncis tribus intersese subaequalibus, vel unco medio ceteris robustiori, vel unco unico sunt constituta. In unico genere *Zetorchestes* pedes omnes ambulacris unco et membranula minimis gaudent. In genere hoc, pedes postici ceteris valde robustiores ad saltum sunt apti.

**Larvae** et **nymphae** huius familiae, valde ab adultis sunt diversae, praecipue corporis fabrica et dermate molli, vel tyroglyphiformes ut in plurimis speciebus sunt, setis tunc simplicibus, vestitae, vel pilis corporis omnino in foliis latis deformatis, quod videbis in unico *Leiosomate palmicincto*.

Larvae tamen et nymphae, semper lamellis antici, tectopediisque sunt destitutae.

**Habitant** Leiosomidae inter muscos, vel sub petris vel sub cortice arborum aut sub foliis putrescentibus, et aliquando etiam super arbores vel in herbis.

## Explicatio tabularum.

### Tab. VIII.

Fig. 1. *Leiosoma coracinum* supinum.

*a* tectopedia secundi paris; *b* notogastrum; *c* scutum ventrale.

Fig. 2. *Oribatulæ exilis* Anticum pronum (et notogastri pars anterior).

*a* lamellae; *b* tectopedia secundi paris; *c* eadem tertii; *d* pteromorpharum rudimentum; *e* notogastrum.

Fig. 3. *Oppiæ conformis* corporis proni pars antica.

Litterae ut in fig. praecedenti sed pteromorphae nullae sunt.

Fig. 4. Idem *Dameosomatis splendidis* iisdemque litteris, sed tectopedia tertia nulla sunt.

Fig. 5. Idem *Leiosomatis coracini*, iisdemque litteris sed *m* sunt tectopedia primi paris.

Fig. 6. *Serrarius bicornis* supinus, litteris ut in fig. 1 sed *d* sunt tectopedia tertii paris.

### Tab. IX.

Fig. 1. *Leiosomatis palmicincti* nympha prona.

(Ex exemplis mirabilissime praeparatis et mihi benignissime donatis a Cl. Michaelio).

Fig. 2. Eiusdem flabellum magis amplificatum.

Fig. 3. *Oribatula plantivaga* supina.

*a* tectopedia secundi paris; *b* eadem tertii; *c* notogastrum; *d* scutum ventrale.

Fig. 4. Eiusdem pars corporis antica prona.

*a* lamellae; *b* tectopedia secundi paris; *c* pteromorpharum rudimentum; *d* notogastrum.

Fig. 5. *Oppia Berlesii*; supina, litteris ut in fig. 3.

Fig. 6. *Dameosoma concolor* supinus, litteris ut in fig. 3, sed tectopedia tertii paris (*b*) nulla sunt.

GENERA LEIOSOMIDARUM.

Haec sunt huius familiae genera:

|                                                          |                                              |   |                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                            |
|----------------------------------------------------------|----------------------------------------------|---|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Ambulacra<br>unci (tribus<br>vel unico) con-<br>stituta. | Pedes tertii<br>quartique pa-<br>ris inferi. | { | Tectopedium tertium om-<br>nino nullum; tectopedium pri-<br>mum longum, carinuliforme,<br>sub lamellis conspicuum . . . <b>Leisoma</b> |                                                                                                                                                                            |
|                                                          |                                              |   | Tectopedium tertium brevi-<br>ter denticuli-<br>forme.                                                                                 | Mandibulae<br>normales; Tec-<br>topedium pri-<br>mum nullum. . . <b>Oribatula</b>                                                                                          |
|                                                          |                                              |   | Tectopedium<br>primum nul-<br>lum vel ut in<br><i>Leiosomis</i> con-<br>formatum.                                                      | Mandibulae<br>longae, apice<br>serrulatae; Tec-<br>topedium pri-<br>mum ut in <i>Leio-<br/>         somis</i> constitu-<br>tum (Genus a-<br>berrans). . . <b>Serrarius</b> |
|                                                          | Pedes omnes<br>marginales.                   | { | Tectopedium tertium minu-<br>tum, dentiforme; unci pedum<br>tres. . . . . <b>Oppla</b>                                                 |                                                                                                                                                                            |
|                                                          |                                              |   | Tectopedium tertium nullum;<br>unci pedum unicus . . . <b>Dameosoma</b>                                                                |                                                                                                                                                                            |
|                                                          |                                              |   | Ambulacra unco minimo et membranula constituta (Ge-<br>nus aberrans). . . . . <b>Zetorchestes</b>                                      |                                                                                                                                                                            |


GENUS I. **Zetorchestes** Berlese 1888

Unica huius generis species hucusque nota est *Zetorchestes micronychus*, Berl. in Italia tantum compertus.

(1) Genus hoc hic nunc constitutum, iam subgenus *Belbae* credidi, propter pedes sic elongatos, uncosque unicos. Sed setulis lamellaribus praesentibus, abdomine semper, etiam in larvis, nudo (non quisquilliis indoto) aliisque characteribus inter *Leiosomidas* includendum credo. De hoc genere, videas quae dixi apud genus *Belba*, fasc. 63, N. 3.

GENUS II. *Dameosoma* Berl. 1887 (1)

Sic species huius generis europaeas dividat:



Species hucusque in Europa inventae sunt:

MANIPULUS I. (Dameosomata Belbiformia).

*Dameosomata* pedibus corpore longioribus, corpore autem statura robusta sat conspicuo. (Species typica *Dameosoma concolor* (Koch.)

*Dameosoma concolor* Koch (Germania, Italia, Britannia);  
*Dameosoma nodipes* (Germania, Italia).

MANIPULUS II. (Dameosomata Oppiiformia).

*Dameosomata* pedibus corpore curtioribus, corpore autem minusculo. (Species typica *Dameosoma splendens* Mich).

*Dameosoma splendens* (Mich.) Berl. (Britannia Italia);  
*Dameosoma pectinatum* (Mich.) Berl. (Britannia, Italia); *Dameosoma lanceolatum* (Mich.) Berl. (Britannia Italia); *Dameosoma tringonum* (Mich.) Berl. (Britannia); *Dameosoma longilamellatus* (Mich.) Berl. (Britannia); *Dameosoma clavipectinatum* (Mich.) Berl. (Britannia).

GENUS IV. **Serrarius** Michael 1883.

Species duae, valde intersese affines hucusque huius generis innotescunt et istae sunt :

Setulae pseudostigmaticae curte fusiformes; lamellae in dentem altum productae (550  $\mu$ .) . . . **S. bicornis** Berl.

Setulae pseudostigmaticae longe fusiformes, lamellae in dentem brevissimum productae (470  $\mu$ .) . . **S. fusifer** (Koch.) Berl.

*Serrarius fusifer* (Koch) Berl. in tota Europa est collectus; *S. bicornis* tantum in Italia, in altiorum montium muscis.

Negligendus est

*Serrarius microcephalus* Michael; qui est *Serrarius fusifer*.

GENUS III. *Oppia* Koch 1842.

Haec sunt europaeae species:

|                                                                             |                        |                                                                                                                              |  |                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------|------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Notogastrum omnino nudum (1 mill). . . . .                                  |                        | . . . . . <i>O. microptera</i><br>Berl.                                                                                      |  |                                                                                                                                 |
| Notogastrum<br>pilis simplici-<br>bus longis vel<br>longiusculis<br>auctum. | Translamella<br>nulla. | Adest translamella inter lamellas antici (700 $\mu$ .) . . . . . <i>O. lucorum</i><br>(Koch) Berl.                           |  |                                                                                                                                 |
|                                                                             |                        | Lamellae longiores sive apice suo apicem<br>rostri attingentes (650 $\mu$ .) . . . . . <i>O. bipilis</i><br>(Herm.) C. et F. |  |                                                                                                                                 |
|                                                                             |                        | Margo abdominis posticus<br>integer (450 $\mu$ .) . . . . . <i>O. pilosa</i> (Koch)<br>Berl.                                 |  |                                                                                                                                 |
|                                                                             |                        | Lamellae breves, in medio<br>antico tantum<br>productae.                                                                     |  | Setulae pseu-<br>dostigmatae<br>claviformes<br>(680 $\mu$ .) . . . . . <i>O. conformis</i><br>Berl.                             |
|                                                                             |                        | Margo abdo-<br>minis posticus<br>undulato-cre-<br>nulatus.                                                                   |  | Setulae pseu-<br>dostigmatae,<br>breves, cylin-<br>dricae apice a-<br>cutae (970 $\mu$ .) . . . . . <i>O. Berlesii</i><br>Leon. |

Species huius generis inventae sunt:

*Oppia microptera* Berl. (Italia); *Oppia lucorum* (Koch) Berl. (Germania, Gallia, Britannia, Italia); *Oppia bipilis* (Herm.) C. et F. (Tota Europa); *Oppia pilosa* (Koch) Berl. (Germania, Britannia); *Oppia conformis* Berl. (Italia); *Oppia Berlesii* Leon. (Italia).

Huius generis negligendae sunt species:

*Oppia badia* Koch, idest *Oppia bipilis*;  
*Oppia cornuta* Koch, sive *Oppia bipilis*;  
*Oppia exilis* C. et F., est *Oribatula exilis*;  
*Oppia glaucina* Koch, idest *Belba clavipes*;  
*Oppia nitens* Koch, est *Dameosoma concolor*.

In alio genere sunt inserendae:

*Oppia splendens* Koch, sive *Dameosoma splendens*;  
*Oppia tibialis* Nic., quae est *Oribatula tibialis*;

GENUS V **Leiosoma** Nicolet 1855.

Haec huius generis sunt species hucusque descriptae:

|                                                                  |                                              |                                                                            |                                                                                            |
|------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
|                                                                  |                                              | Lamellae ad apicem interse-<br>se coniunctae (1 mill.) . . .               | <b>L. globosum</b> (K.)<br>Berl.                                                           |
| Setulae pseudostigmaticae longiusculae, clavatae vel fusiformes. | Setulae stigmaticae fusiformes, acutissimae. | Lamellae ad apicem interse discrete                                        | Adest spina longior interlamellaris, apicem lamellarum bene superans (1,200 $\mu$ .) . . . |
|                                                                  |                                              |                                                                            | <b>L. nitens</b> (Gerv.)<br>Nic.                                                           |
|                                                                  |                                              | Spina interlamellaris nulla vel vix conspicua (800-1000 $\mu$ .) . . . . . | <b>L. coracinum</b> (K.)<br>Can.                                                           |
|                                                                  |                                              | Setulae stigmaticae claviformes (1020 $\mu$ .) . . . . .                   | <b>L. palmicinctum</b><br>Mich.                                                            |

Setulae pseudostigmaticae brevissimae, omnino pyriformes (600-700  $\mu$ .) . . . . . **L. ovatum** (K.)  
Nic.

Species huius generis inventae sunt :

*Leiosoma globosum* (Koch) Berl. (Germania, Gallia, Italia); *Leiosoma nitens* (Gerv.) Nic. (tota Europa); *Leiosoma coracinum* (K.) Can. (Germania, Gallia, Italia); *Leiosoma palmicinctum* Mich. (Britannia); *Leiosoma ovatum* (K.) Nic. (Tota Europa).

Negligendae sunt species haec, vel in alio genere inserendae :

*Leiosoma fusifer* Canestr., idest *Serrarius fusifer* ;  
*Leiosoma latoventre* Nicolet (et Can.), est *Leiosoma globosum* ;  
*Leiosoma microcephala* Nicl. (et Haller), idest *Serrarius fusifer* ;  
*Leiosoma pyrigerum* Berl., est *Leiosoma ovatum* ;  
*Leiosoma simile* Nicolet (et Michael), est *Leiosoma coracinum* ;  
*Leiosoma subterraneum* ; Mich., idest *Leiosoma coracinum* ;  
*Leiosoma truncatum* C. et F., est *Leiosoma ovatum*.



## GENUS VI *Oribatula* Berlese 1895. (1)

Species huius generis sic dividas:

|                        |                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                               |
|------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
|                        | Setulae pseudostigmaticae<br>brevissimae, pyriformes<br>(450 $\mu$ .) . . . . .                                                                                       | <b>O. plantivaga</b> Berl.                                                                                                                                    |
| Unci pedum<br>tres.    | Setulae pseudostigmaticae<br>longiusculae,<br>clavatae.                                                                                                               | Setulae interlamellares medio antico exortae, satis abantici basi discretae. Setulae pseudostigmaticae clavatae (400 $\mu$ .) . <b>O. exilis</b> (Nic.) Berl. |
|                        | Setulae interlamellares e basi antichi exortae. Setulae pseudostigmaticae large clavato-fusiformes retrorsus reflexae (600 $\mu$ .) . <b>O. tibialis</b> (Nic.) Berl. |                                                                                                                                                               |
| Uncus pedum<br>unicus. | Lamellae anterus ultra rostrum apice suo productae<br>(220 $\mu$ .) . . . . .                                                                                         | <b>O. iuncta</b> (Mich.) Berl.                                                                                                                                |
|                        | Lamellae anterus non ultra medium anticum productae<br>(550 $\mu$ .) . . . . .                                                                                        | <b>O. similis</b> (Mich.) Berl.                                                                                                                               |

Species huius generis sunt collectae:

*Oribatula plantivaga* Berl. (2) (Italia); *Oribatula exilis*

(1) Genus hoc hic a me constitutum, optime a propinquis distinguitur praecipue tectopedio primo haud in lineam lamellis subparallelam disposito, sed aut nullo aut obsoleto (linea transversa e lamellarum apice ad rostrum procedenti significato, tectopedio tertio denticuliformi sed manifesto, pteromorparum rudimentis ad angulos antero-laterales notogastri manifestis, staturaque a *Leiosomis* distinctum; pedibus autem tertii quartique paris omnino inferis, aliisque characteribus ab *oppiis* separatum et a *Dameosomis*. Pteromorparum rudimenti causa, *Pterogasterinis* adpropinquatur et inter *Leiosomidas* et sequentem familiam insitum est.

(2) Sub nomine *Oppia tibialis* primitus ad fasc. 64, N. 1, erronee descripta.

(*Nic.*) *Berl.* (Gallia, Germania, Britannia, Italia; *Oribatula tibialis* (*Nic.*) *Berl.* (Gallia, Germania, Britannia, Italia); *Oribatula iuncta* (*Mich.*) *Berl.* (Britannia); *Oribatula similis* (*Mich.*) *Berl.* (Britannia).

## FAMILIA VIII<sup>a</sup> PTEROGASTERINAE.

(Tab. X, XI).

*Cephalothorax cum abdomine firmiter coniunctum.*

*Derma nitidum vel tenuissime punctulatum. Abdomen in dorso convexum, haud impressum. Anticum lamellis bene manifestis, apice plerumque piligeris auctum. Adsunt plerumque etiam lamellae malares apice piligerae. Tectopedia prima longe carinuliformia; tectopedia secunda et tertia plus minusve valvaeformia, bene evoluta.*

*Abdomen lamellis latis, chitineis (pteromorphae) aliformibus utrinque auctum.*

*Pedes mediocres, corporis longitudinem haud aequantes.*

*Ambulacra uncis tribus intersese magnitudine subaequalibus constituta, rarius unco unico.*

*Larvae nudae, plerumque dermate, in dorso, nitido auctae, rarius dermate corrugato, vel transverse plicato, pilis simplicibus vel spiniformibus vel tenuissime plumosulis parce auctae.*

**Corpus** antico conico, mediocri, abdomine rotundato, vel ovali constitutum.

**Anticum** bene ab abdomine distinctum est, et lamellis chitineis, tectopediisque auctum.

**Derma** nitidum vel tenuiter punctulatum in medio dorso est, inter lamellas alibique. In antichi dorso, e margine huius postico, lamellae bene evolutae procedunt, carinuliformes vel laminiformes, antico omnino cum margine suo infero adnexae, vel super anticum partim extensae, ut in *Oribate Nicoletii* est.

Saepius lamellae antierius in dentem plus minusve elevatum, a dorsi dermate discretum, piligerum, desinent, et aliquando crista quaedam plus minusve elevata, inter lamellas sub apicem coniungit (*translamella*). *Pili lamellares* saepius simplices, longi, vel leniter plumosuli sunt, aliquando longiores.

Antici pars rostrum occiudens saepius lateraliter in laminulas carinuliformes (*laminulae malarcs*) pilum apice gerentes (*pili malarcs*) producta est. Ad latera antici, sub lamellis, utrinque crista chitinea carinuliformis, antico omnino adnexa producta est, quae tectopedium primi paris significat, ex apice tamen haud piligera.

Antici ad latera, prope basim, utrinque derma inter pedes primi paris in laminulam latam, apice rotundatam, quasi valvae partem, extenditur et coxam femurisque basim occludit primi paris, quod tectopedium secundum est, et laminula huic persimilis, quamvis plerumque minus evoluta, coxam et femur secundi paris lateraliter et externe protegit, numquam tamen in dentem vel chitineum processum inferne vel extrorsus producitur.

In area antici ad dorsum, inter lamellas occlusa, pili duo exoriuntur, (*pili interlamellares*) simplices et longiores, vel tenuissime plumosuli. Hoc in genere *Oribates*, in genere *Pelops* autem pili isti late lanceolati.

**Abdomen** scuto unico dorsuali, (*notogastrum*), ventrale inferne marginanti, est protectum. Derma abdominis nitidum est vel tenuissime punctulatum. Scutum dorsuale vel *notogastrum* semper convexum est, haud impressum, neque corrugatum, glabrum vel pilis simplicibus (*Oribates*), aut leniter clavatis (*Pelops*), raris praeditum.

Eximius huius familiae character sunt abdominis *alae*, sive laminulae quaedam chitineae, late expansae et inferne deflexae, quarum utrinque in latere abdominis una conspicitur, aliformis, e notogastrum margine laterali ad anticum exortae et pedes tertii quartique paris basi in ambulatione protegentes, tunc expansae, vel in quiete, pedibus istis omnino retractis, omnino celantes, tum etiam pedes anticos protegentes si sint antierius valde protractae, quod videbis in *Oribate Nicoletii*, *O. alato* etc.

In genere *Pelops* notogastrum antice in laminulam late rectangulam, basim antici in dorso protegens, est productum.

**Rostrum** ut in ceteris huius ordinis acaris est constitutum sed mandibulae, crassae et curtulae sunt in genere *Oribates*, et chela lata et brevi praeditae, sed in genere *Pelops* mandibulae, basi crassiores, denique longae et

exiliores sunt, apice chela minuta auctae, ex quo character, nec non pilis interlamellaribus lanceolatis, facilius species generis *Pelops* a generis *Oribates* distingues.

**Pedes** mediocres sunt, longitudinem corporis totius numquam aequantes, femuribus fusiformibus, vix ceteris segmentis crassioribus. *Ambulacra* unciis tribus interse subaequalibus vel unco medio ceteris vix crassiori sunt constituta, exceptis *Oribate dentato*, *O. Parmelliae*, *O. fusigero* in quibus speciebus unguis pedum unicus est.

Pili simplices in pedibus sparsi sunt.

**Derma** abdominis in genere *Pelops* valde corrugatum vel areolatum in dorso, primo visu, videtur, sed haec facies propter cuticulam quamdam, forsitan larvalem exuviam est, quae cuticula vel diuturna in spiritu vini immersione, vel acidi acetici calentis ope decidua, derma subtus tantum punctulatum ostendit.

**Larvae** et **nymphae** huius familiae, valde ab adultis diversae sunt, praecipue propter alarum abdominis deficientiam, nec non dermate molli quo sunt indutae.

Plerumque tyroplyphiformes sunt, subalbidae, vel fusciscentes, dermate plerumque molli et nitido in dorso, praecipue in speciebus generis *Oribates*, excepto tamen *Oribate Nicoletii*, *O. Spagni* etc., in quibus derma dorsi transverse rugosum est, vel derma, scutis duriusculis in abdomine est protectum in nonnullis speciebus generis *Oribates*, ad ex. *O. gracilis*, *O. pyriformis* etc.

In genere *Pelops* larvae omnes dermate in dorso transverse rugosissimo gaudent, et abdomen superne concavum est, lateribus elevatis.

Setis simplicibus vel tenuissime plumosis gaudent larvae generis *Oribates*, setis autem spiniformibus rigidis, in abdomine, praecipue ad latera, insitis praeditae sunt larvae generis *Pelops*.

Utriusque genesis larvae, lamellis, tectopediisque in antico sunt destitutae, alisque in abdomine.

**Habitant** acari huius familiae in muscis vel sub foliis emortuis, vel sub petris; super arbores species nonnullas invenies utriusque generis.

## Explicatio tabularum.

### Tab. X.

Fig. 1. Sectio longitudinalis media antici *Oribatis globuli*.  
*a* derma dorsi (Antici); *b* clypeus; *c* mentum; *d* scutum ventrale (thoracis); *e* maxillarum mala interior; *f* maxilla; *g* lingula (sive epipharinx); *h* pharinx; *i* oesophagus; *l* ingluvies; *m* cerebrum; *n* glandulae salivares; *o* earum tubulus; *p* mandibula; *q* trachearum fragmenta.

Fig. 2. Anticum pronum *Oribatis calcarati*.

*a* notogastrum; *b* lamellae; *c* lamellae genales; *d* setae lamellares; *e* setae interlamellares; *f* setae pseudostigmaticae; *g* Antici derma dorsuale.

Fig. 3. Idem *Oribatis orbicularis* iisdemque litteris, excepto *m* setae genales.

Fig. 4. *Peloptis acromii* nympha prona.

### Tab. XI.

Fig. 1. *Oribatis calcarati* pars corporis antica supina  
*a* tectopedia primi paris; *b* eadem secundi paris  
*c* pteromorphae; *d* mentum; *e* lamellae genales; *f* clypeum  
*g* scutum ventrale.

Fig. 2. *Oribatis elimati* nympha prona.

Fig. 3. » *Nicoletii* » »

Fig. 4. » *humeralis* » supina.

Fig. 5. « » » prona.

### GENERA PTEROGASTERINARUM.

Sic dividas familiam hanc in genera duo :

Mandibulae longae, exilesque; setulae interlamellares lanceolatae. . . . . **Pelops**

Mandibulae breves, crassae; setulae interlamellares simplices, vel tenuissime plumiformes . . . . . **Oribates**

GENUS I. *Oribia*

Lamellae late  
foliaceae, in  
planum super  
anticum exten-  
sae

Pteron  
antice  
tae  
Pteron  
anter  
dentem  
gum  
tae

- ..... . *O. quadricornutus* Mich.
- ..... . *O. calcaratus* Koch.
- ..... . *O. languidus* Nic.
- ..... . *O. tectus* Mich.
- ..... . *O. Nicoletii* Berl.
- ..... . *O. setosus* Koch.
- ..... . *O. fuscipes* Koch.
- ..... . *O. longipes* Berl.
- ..... . *O. orbicularis* Koch
- ..... . *O. piriformis* Nic.

Lam  
trans  
alte  
inte  
coniu





GENUS I. *Oribates* Latreille 1797. — Species huius generis hucusque cognitae istae sunt:

|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|-----------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------|---------------|----------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------|-----------------------------------------|
| Lamellae late foliaceae, in planum super-anticum extensae | Pteromorphae antice truncatae                                | Setulae pseudostigmaticae claviformes . . . . .                                  |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. quadricornutus</i> Mich.                            |                                         |
|                                                           |                                                              | Setulae pseudostigmaticae simplices, longiores, plumosulae . . . . .             |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. calcaratus</i> Koch.                                |                                         |
| Lamellae ultra medium ante productae                      | Pteromorphae anterius indentem longum productae              | Notogastrum transverse impressum . . . . .                                       |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. languidus</i> Nie.                                  |                                         |
|                                                           |                                                              | Notogastrum convexum haud impressum                                              | Derma nitidissimum, glabrum . . . . .                                                     |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. tectus</i> Mich.                                    |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Derma punctulatum; notogastrum pilis auctum . . . . .                                     |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. Nicoletii</i> Berl.                                 |                                         |
| Lamellae, translamella alte elevata intersese coniunctae  | Lamellae ultra medium anticum productae                      | Notogastrum pilis longiusculis auctum                                            | Lamellae apice in dentem productae; setulae pseudostigmaticae breviter clavatae . . . . . |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. setosus</i> Koch.                                   |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Lamellae apice truncatae; setulae pseudostigmaticae longe clavatae . . . . .              |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. fuscipes</i> Koch.                                  |                                         |
|                                                           |                                                              | Notogastrum glabrum                                                              | Pedes longiores; pteromorphae subnullae . . . . .                                         |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. longipes</i> Berl.                |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Pedes mediocres; pteromorphae bene evolutae                                               | Derma notogastrum punctulatum . . . . .                                                 |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. orbicularis</i> Koch.             |
|                                                           | Derma notogastrum nitidum . . . . .                          |                                                                                  |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               | <i>O. piriformis</i> Nie.                                |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              | Lamellae vix ultra notogastrum marginem anteriorem in antico productae . . . . . |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               | <i>O. punctum</i> Koch.                                  |                                                           |                                         |
| Ambulacra unci tribus constituta                          | Lamellae cariniformes, elevatae, antico plus minusve adnexae | Pteromorphae anterius ultra genua primis productae                               | Setulae pseudostigmaticae breviter clavatae (550 $\mu$ ) . . . . .                        |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. alatus</i> Latr.                                    |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Setulae pseudostigmaticae longae clavatae                                                 | Abdomen posterius teres, rotundatum (750 $\mu$ ) . . . . .                              |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. olimatus</i> Koch.                |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Abdomen posterius mucronibus duobus nigris, medio autem hyalino (750 $\mu$ ) . . . . .  |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. mucronatus</i> G. et R. Can.      |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Pteromorphae transversae productae, quasi fasciolae, pedes anticos ocludentes . . . . . |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. Spagni</i> Mich.                  |
| Ambulacra unco unico constituta                           | Lamellae cariniformes, elevatae, antico plus minusve adnexae | Setulae pseudostigmaticae piliformes simplices                                   | Lamellae tecti et malarum anterius longipilae, acutiores . . . . .                        |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | <i>O. clypeatus</i> Nie. (et var. <i>O. agilis</i> Mich.) |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Lamellae tecti et malarum anterius brevipilae, subobtusae . . . . .                       |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. globulus</i> Nie.                 |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Derma notogastrum punctulatum . . . . .                                                 |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. humoralis</i> (Herm.) K.          |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          |                                                           | <i>O. latipes</i> Koch.                 |
| Ambulacra unco unico constituta                           | Lamellae cariniformes, elevatae, antico plus minusve adnexae | Translamella vel nulla vel sulco exiliori significata                            | Notogastrum glabrum                                                                       | Pteromorphae anterius truncatae, haud productae                                         | Pteromorphae normales, sive vix lateraliter productae.                                                                                                        | Setulae pseudostigmaticae clavatae | Derma nitidum | Setulae pseudostigmaticae exterius et retrorsus directae | Pedes 2 <sup>i</sup> paris femure dilatato . . . . .      | <i>O. gracilis</i> Mich.                |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           |                                                                                         |                                                                                                                                                               |                                    |               |                                                          | Pedes 2 <sup>i</sup> paris femure normale                 | Setulae lamellares plumosulae . . . . . |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Genua et tibiae primae et secundae paris calcarata                                      | Ad 500-550 $\mu$ . long. . . . .                                                                                                                              | <i>O. depauperatus</i> Berl.       |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Ad 450 $\mu$ . long. . . . .                                                              |                                                                                         | <i>O. pusillus</i> Berl.                                                                                                                                      |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              | Setulae pseudostigmaticae anterius directae                                      | Genua et tibiae inermia                                                                   | Clypeus anterius acutus strictus . . . . .                                              | <i>O. gracilis</i> Mich.                                                                                                                                      |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Clypeus anterius latus vel latissimus                                                   | (Adestlinea interlamellaris (800 $\mu$ ) . . . . . <i>O. lapidarius</i> Nie.<br>Abestlinea interlamellaris (350 $\mu$ ) . . . . . <i>O. cuspidatus</i> Mich.) |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Notogastrum longe piliferum; derma punctulatum . . . . .                                | <i>O. Edwardsii</i> Nie.                                                                                                                                      |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  |                                                                                           | Setulae pseudostigmaticae breviter clavatae . . . . .                                   | <i>O. Parmelliae</i> Mich.                                                                                                                                    |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              | Setulae pseudostigmaticae fusiformes, longiusculae                               | Abdomen postice bipilum (Ad 500 $\mu$ ) . . . . .                                         |                                                                                         | <i>O. dentatus</i> Berl.                                                                                                                                      |                                    |               |                                                          |                                                           |                                         |
|                                                           |                                                              |                                                                                  | Abdomen glabrum (300 $\mu$ ) . . . . .                                                    |                                                                                         |                                                                                                                                                               | <i>O. fusiger</i> Mich.            |               |                                                          |                                                           |                                         |

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 354  
LECTURE 10

LECTURE 10: THE HUBBARD MODEL

1. INTRODUCTION

2. THE HUBBARD MODEL

3. THE HUBBARD MODEL

4. THE HUBBARD MODEL

5. THE HUBBARD MODEL

6. THE HUBBARD MODEL

Species generis huius, secundum intersese affinitates, sic in manipulos componi possunt.

### MANIPULUS I. (Oribates uniungiculati)

*Oribates* qui unco unico in ambulacris gaudent. (Species typica *Oribates dentatus* Berl.)

*Oribates dentatus* Berl. (Italia); *Oribates Parmeliae* Mich. (Britannia); *Oribates fusiger* Mich. (Britannia); *Oribates monodactylus* Hall. (America).

### MANIPULUS II. (Oribates intecti)

*Oribates* uncis pedum tribus; tecti lamellis parvulis, carinuliformibus, lamella transversa laminiformi elevata, haud intersese coniunctis.

a translamella omnino nulla (Species typica *Oribates elimatus* Koch).

*Oribates elimatus* Koch (Europa, America etc.); *Oribates alatus* (Herm.) Latr. (tota Europa); *Oribates mucronatus* G. et R. Can. (Italia); *Oribates Lucasii* Nic. (Gallia, Britannia); *Oribates cuspidatus* Mich. (Britannia); *Oribates pusillus* Berl. (Italia); *Oribates depauperatus* Berl. (Italia); *Oribates peptooides* Berl. (America).

b Translamella linea exillima, quasi sulco, significata. (Species typica *Oribates globulus* Nic.)

*Oribates globulus* Nic. (Gallia, Italia, Britannia, Germania); *Oribates lapidarius* Lucas (Gallia, Germania); *Oribates mollicomus* Köch. (Germania, Britannia); *Oribates Edwardsii* (Gallia, Italia, Britannia); *Oribates gracilis* Mich. (Britannia, Italia); *Oribates agilis* Nic. (Gallia); *Oribates latipes* Koch (Europa et America); *Oribates humeralis* Herm. (Gallia, Germania, Italia); *Oribates clypeatus* Nic. (Gallia); *Oribates Spagni* Mich. (Britannia).

### MANIPULUS III. (Oribates translamellati).

*Oribates* in quibus lamellae laterales intersese coniun-

ctae sunt lamella quadam transversa, alte elevata, laminiformi. (Species typica *Oribates orbicularis* Koch).

a Progastrum, sive notogastrii pars antica inter pteromorphas haud antierius supra anticum productum.

*Oribates orbicularis* Koch (Tota Europa);

*Oribates pyriformis* Nic. (Gallia, Britannia);

*Oribates longipes* Berl. (Italia);

*Oribates fuscipes* Koch (Germania, Britannia); *Oribates setosus* Koch; (Tota Europa); *Oribates Riley Hall.* (America).

b Progastrum antierius, fere ut in speciebus generis Pelops, supra anticum productum.

Species unica *Oribates punctum* Koch. (Germania, Italia, Britannia).

#### MANIPULUS IV. (*Oribates latitecti*)

*Oribates* qui laminis latioribus, supra anticum extensis, idque tegentibus gaudent.

(Species typica *Oribates Nicoletii* Berl.)

a Pteromorphae antierius in dentem longum productae.

*Oribates Nicoletii* Berl. (Tota Europa et America); *Oribates tectus* Mich. (Britannia); *Oribates languidus* Nic. (Gallia).

b Pteromorphae antierius truncatae.

*Oribates calcaratus* Koch (Germania, Italia); *Oribates quadricornutus* Mich. (Britannia); *Oribates americanus* Hall. (America).

Species generis *Oribates* ab auctoribus diversis descriptae, nunc negligendae, quia vel haud satis cognitae sint vel aliis speciebus synonymae, haec sunt:

*Oribates Aspidoti* Ashmead, dignosci non potest;

*Oribates aterrimus* Koch, cui speciei est aporpinquandus?

*Oribates angulatus* Koch, an huius generis? vel exemplum quodam casu quisquilliis onustum?

*Oribata aurita* Walch. idest *Belba aurita*;

*Oribata avenifera* Mich., idest *Oribates punctum* Koch;

*Oribates badius* Koch, sive *Oppia bipilis*;

*Oribata cassidea* Gerv. sive *Discopoma cassidea* (ex ordine mesostigm);

*Oribata castanea* Walch. (nec non Lucas) cui speciei adpropinquanda?

*Oribates climatus* Koch (nec non C. et F. et G. Can.), nomen typographicè erratum, pro *elimatus*;

- Oribates corynopus* Walk. an *Belba* vel *Oppia* ?  
*Oribates dasyptus* Walk. (et Lucas) idest *Hoplophora dasyptus*;  
*Oribates Facula* Koch, est *Oribates humeralis*;  
*Oribates femoralis* Nic. (nec non Michael), sive *Oribates latipes*;  
*Oribates femorata* Hall., sive *Oribates latipes*;  
*Oribates Flammula* Koch, an *Oribates calcaratus*?  
*Oribates fuscus* Koch, est *Oppia lucorum* vel *Leiosoma coracinum*;  
*Oribata geniculata* Lam. (Latreille, Walken.), est *Belba geniculata*.  
*Oribates gilvipes* Koch, quid est ?  
*Oribates globulus* Koch. (non Nic. Mich. Can. Berl. etc.), est *Serrarius fusifer*;  
*Oribata horrida* Latreille (et Walchenæer), idest *Nothrus horridus*;  
*Oribata monodactyla* Hall. an *Oribatus dentatus*?  
*Oribates nitens* Walk. est *Leiosoma nitens*;  
*Oribates nitens* Nic., idest (?) *Oribates Nicoletii*;  
*Oribata notata* Thorell, sive *Oribates setosus*;  
*Oribates ovalis* Koch, idest *Oribates Nicoletii*;  
*Oribates ovalis* Nicolet. (nec non Lucas, C. et F., Hall., Mich.) an  
*Oribates Nicoletii*?  
*Oribates ovatus* Koch, sive *Leiosoma coracinum*;  
*Oribates picipes* Koch, quid est ?  
*Oribata punctata* Nicolet (et Michael), est *Oribates Nicoletii*;  
*Oribata segnis* Walch., est *Nothrus segnis*;  
*Oribates subterraneus* Koch, idest forsitan *Leiosoma globosum*;  
*Oribata tegeocrana* Latreille, est *Cepheus tegeocranus* (idem Wal-  
chenaer in Gervais Apt.;  
*Oribata theleprocta* Latr. (nec non Walchen., Lamarck etc.) est *Neoliodes theleproctus*;

In alio genere inserendae sunt haec species:

- Oribates coracinus* Koch. sive *Leiosoma caracinum*;  
*Oribates dasyptus* Gervais, (et Lucas) idest *Hoplophora dasyptus*;  
*Oribates globosus* Koch, sive *Leiosoma globosum*;  
*Oribates nitens* Walken. est *Leiosoma nitens*.

GENUS II. **Pelops** Koch 1842

Haec huius generis sunt species Europae: (1)

|                                                    |                                                            |                                                     |                                               |                                                                    |                                    |
|----------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------|-----------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|------------------------------------|
| Setulae notogastrici bene clavatae.                | Pteromorphae anterius et posterius truncatae.              | Setulae notogastrici plures, longae.                | Setulae pseudostigmaticae clavatae.           | Lamellae anterius intersese discretae (650 μ.) . . . . .           | <b>P. ochromios (Hermot.) Nic.</b> |
|                                                    |                                                            |                                                     |                                               | Lamellae anterius intersese contiguae (500 μ.) . . . . .           | <b>P. uraaceus Koch.</b>           |
|                                                    |                                                            |                                                     |                                               | Setulae pseudostigmaticae fusiformes (550 μ.) . . . . .            | <b>P. farinosus Nic.</b>           |
|                                                    |                                                            |                                                     |                                               | Setulae tantum quatuor posticae (350 μ.)                           | <b>P. auritus Koch.</b>            |
|                                                    | Pteromorphae anterius et magis posterius productae (400μ.) |                                                     |                                               |                                                                    | <b>P. phaeonotus K.</b>            |
| Setulae notogastrici simplices, exiles vel nullae. | Setulae simplices.                                         | Pellicula notogastrum obtegens nulla vel laevigata. | Notogastrum tantum postice piligerum (850 μ.) | Notogastrum etiam in medio longe piligerum (550 μ.) . . . . .      | <b>P. hirsutus Koch.</b>           |
|                                                    |                                                            |                                                     |                                               |                                                                    | <b>P. glaber Can.</b>              |
|                                                    |                                                            |                                                     |                                               | Pellicula notogastrum obtegens crasse variolosa (500 μ.) . . . . . | <b>P. torulosus K.</b>             |
|                                                    | Setulae notogastrici nullae (450 μ.) . . . . .             |                                                     |                                               |                                                                    | <b>P. occultus Koch.</b>           |

Species generis *Pelops* hucusque notae ergo sunt:

*Pelops acromios (Herm.) Nic.* (Tota Europa); *Pelops uraaceus Koch.* (Germania, Italia); *Pelops farinosus Nic.* (Gallia Britannia); *Pelops auritus Koch* (Germania, Italia); *Pelops phaeonotus Koch* (Germania, Italia, Britannia); *Pelops lacvigatus Nic.* (Germania, Gallia, Britannia); *Pelops glaber Can.*

(1) Nulla tamen peculiaris species huius generis extra Europam est inventa.

(Italia); *Pelops variolosus* Nic. (Gallia); *Pelops occultus* Koch. (Germania, Gallia, Italia).

Huius generis species istae negligendae sunt quia minus bene cognitae vel aliarum synonymae.

*Pelops acromios* Koch, idem est quam *P. laevigatus* Nic;

*Pelops laevigatus* Nic. idem Michael, quia est synonymus *P. hirsuti* Koch.

*Pelops fuliginus* Koch idem est quam *P. hirsutus* Koch.

*Pelops tardus* Koch idem est quam *P. acromios* Herm.

*Pelops variolosus* Nic. quia synonymus est *P. torulosi* Koch. Species tamen haec an satis distincta a *P. aurito*?

# CRYPTOSTIGMATUM ORIBATIDARUM

## Habitatio

---

Huius sectionis acari (Oribatidae) semper liberi sunt, numquam enim aliorum animalium parasitae et omnes vegetalibus, praecipue fungillis, victitantes. In muscis perobvii, vel sub petris, vel sub corticibus arborum (praecipue hie, vel in lignis putrescentibus vel sub foliis emortuis. Species nonnullae etiam super arbores sunt colligendae.

Species planticolae, rarius in muscis vel in hudis occurrentes, sunt:

*Cepheus latus* (raro);

*Cymbacremaeus Cymba* (frequentior);

*Eremaeus brevipes* (frequens);

*Neoliodes theleproctus* (perfrequens):

*Nothrus bicarinatus* (perobvius);

*Oribates humeralis* (frequentior);

*Oribatula plantivaga* (innumera semel collecta);

*Pelops acromios* (perobvius);

In tectorum muscis.

*Scutovertex ovalis* (pertequens);

*Hypochtonius tectorum* (in muscis tectorum victitans et ibi frequentior, alibi rarissime occurrens);

*Belba tecticola* (sec. Michael).

In muscis montium altiorum, species pulcherrimae sunt, quas rarissime in plano colligere poteris, sive:

*Angelia palliata*;

*Angelia palustris* (in plano frustra inquirenda);

*Belba sufflexa*;

*Dameosoma nodides*;

*Hermannia picea* (tantum super altiores montes);



*Neoliodes Doderleinii*;  
*Oribates globulus* (in plano caret);  
*Serrarius bicornis* (super altiores montes tantum collectus);  
*Tegeocranus cepheiformis* (non in plano inquirendus);  
*Tritia decumana* (altissimorum montium incola).

### De oribatidis colligendis et asservandis.

Arbores concutiendo, acaros planticolos colliges, eorumque larvas; post imbrem super arborum cortices deambulantes nonnullas oribatidas, praecipue generis *Oppia*, videbis.

Species muscicolas, muscum super chartam confricando satis sed non nimis exiccatum, acus ope patienter colligere poteris.

In spiritu vini optime species omnes asservabis, in praeparationibus quoque, vel in *Balsamo del Canadà*, vel in *gelatina glicerinata*. Colores nunquam dealbabuntur.

## GLOSSARIUM

NOMINA COMPREHENDENS IN ORIBATIDARUM DESCRIPTIONE OBVIA

---

**Abdomen** corporis pars postica est, Antico anterioribus adnexa, pedes tertii quartique pariter gerens, supra, notogastro protecta, inferne scuto ventrali. Pars corporis haec in familiis *Pterogasterinarum* et *Leiosomidarum* semper in dorso convexa est, globosa, depressiuscula. In *Hoplophoris* leniter compressa est vel globosa; in caeteris familiis dorsum planiusculum vel excavatum vel globosum est. In *Nothris* abdomen subrectangulare vel leniter trapzoideum, postice biangulatum plerumque est.

**Acetabulum** (Michael) foveola in qua primum pedum segmentum partim absconditur et sub corpore cecidit.

**Adultus** e nympha oritur et genitalibus gaudet.

**Alae** abdominis, sive *Pteromorphae* (Michael) in familia *Pterogasterinae* valde evolutae sunt. Denique in genere *Oribatula*, alarum harum vestigia sunt. Pteromorphae ad margines laterales notogastri inseruntur et quasi articulantur. Familiae *Pterogasterinae* praecipuus hic character.

**Alae tecti** sive *Lamellae* in antico conspiciuntur, ad dorsum, in plurimis speciebus. Lamellae sunt chitineae e basi Antici antrorsus procedentes, Antico eodem plus minusve adnatae, apice plerumque setas gerentes. In nonnullis speciebus lamellae apice intersese conjunctae sunt lamella quadam transversa (*Translamella*).

**Ambulacrum**, sive unci pedes terminantes. Excepto genere *Zetorchestes*, in ceteris omnibus oribatidis, ambulacra unci tantum sunt constituta, membranula autem nulla. Unci tres, vel unci unus ambulacrum sistit, rarissime unci bini conspiciuntur (*Angelia sylvestris*). Cum unguibus tres numero

sint, medius aut ceteris maior, aut subaequalis, unde ambulacra *heterodactyla* vel *homodactyla* dicuntur. Pulvilli plumosuli, vel pili adhesionis, semper in oribatidis deficient.

**Anus** in extremo ventre semper aperitur, valvis duabus rimam analem longitudinalem ocludentibus, protectus.

**Anales valvae** plerumque rectangulae vel semicirculares sunt.

**Anticum** sive cephalothorax, anterior pars corporis est, abdomini adnata, plerumque conicum, plurimis speciebus *lamellis*, *tectopediisque* auctum, in omnibus autem foramina pseudostigmatica basi praeditum. Ad ventrem, *camerostomate* perforatur, et ad latera pedibus primi secundique paris augitur.

**Articuli** pedum quinque semper numero sunt, ex quibus coxa genuque brevissima, femur tibiaque longiora, tarsus mediocris, conicus.

**Auriculae** in nonnullis speciebus praecipue e familia *Damoeidarum*, tectopedia sunt e lateribus Antici externe quasi in auriculas producta; unde, ad. ex., nomen *Belbae auritae*.

**badius** color est ferri rubiginosi, et in hac familia, praecipue in speciebus leniter chitineis (*Oppia*, *Dameosoma*, *Oribatula*, etc.) manifestus. Per castaneum et fulgineum in nigrum incurrit, et per testaceum, vel aurantiacum dealbatur.

**Basilare** frustulum est sub maxillis dispositum, rostri basim inferam sistens palposque gerens; idest *Mentum* vel *Labrum*, vel *Labium* inferius vel, sensu strictu, *Hypostoma*.

**Calcaria** spiniformia sunt in genu tibiaque nonnullarum specierum (*Oribates calcaratus* etc.)

**Camerostoma** foramen est in summo Antico ad ventrem, inter primi paris coxas et Antici apicem, apertum, in quo rostrum quiescit.

**castaneus** color badius est leniter fusco commixtus.

**Cephalothorax** (V. *Anticum*).

**Chela** (mandibulae) brevior semper est et crassa, excepto genere *Pelops*, digitisque duobus (excepto genere *Serrarius*) constituta.

**Clavae** vel pili clavati in nonnullis speciebus ad dorsum passim et rare dissiti sunt.

**Clypeus** summus Antici vertex dorsualis est et epistoma aliorum ordinum significat.

**Color** per terreum in badium, in castaneum, in fuliginem et denique in nigrum desinit. Colores laete aurantiaci vel miniacei vel cinnabarini aut sanguinei non sunt huius ordinis.

Color in eadem chitinea epidermide est, quare numquam in spiritu vini albescit, tamen Natri chlorati acido chlorohydrico commixti reactione evanescit et sic facilius nigerrimas species conspicias.

**Corpus** sive *truncus*, Antico et Abdomine constituitur.

**Coxa** primus est pedum articulus, plerumque in acetabulo vel inter tectopedia profunde infossa et brevissima, globosula, in *Damoeis Belbisque* pedum posticorum tertii que paris elongatula, clavato-fusiformis.

**Derma** epidermide et hypodermate constituitur. In descriptione specierum plerumque derma pro epidermide dixi.

**Digiti** mandibulae chelam sistunt et denticulati sunt; ex digitis unus fixus, alter mobilis est. In genere *Serrarius* digitus fixus tantum adest, inferne minute serrulatus.

**Digitus fixus** } mandibulae (*V. Digiti*)  
**Digitus mobilis** }

**Disculi genitales** in Oribatidis semper adsunt, sex numero, claviformes, ad latera genitalis rimae sub valvis absconditi.

**Epiderma** pellicula exilior est, inferius stratum chitinem obtegens, in nonnullis speciebus varie plicatum vel rugas aliter sistens. Sculptura epidermatis optimus character est ad species et genera distinguenda.

**Epimera** in ventris dermate duriori, striis chitineis transversis sunt significata.

**Exuviae** larvales (sive larvarum et nympharum) aliquando supra adulti dorsum persistunt, ad dorsum melius protegendum, quod est in genere *Neoliodes*, *Damoeus* etc.

**Femur** secundum est pedum articulum, plerumque longiusculum, aliquando compressum, vel fusiforme-clavatulum.

**Foramen** genitale et anale in ventre sunt, quodque duabus valvis protectum.

**Foramen** pseudostigmaticum, quod *stigma* in descrip-

tione specierum appellavi, in quoque Antici angulo laterali, prope abdomen stat ed seta pseudostigmatica augitur. Forsitan, organi cuiusdam sensorii est orificium.

**fuliginus** color est badio et terreo cum nigro comixtus ut fuliginem ater.

**genales** setae sunt pili minores (in pluribus speciebus subevanidi) antice porrecti et in genis insiti, plerumque curtiores.

**Genae** lamellae duae sunt minores ad latera clypei manifestae, in *Oribatibus* melius conspicuae.

**Genitalia** foeminea et masculina per rimam longitudinalem in ventre apertam prodeunt. Foeminae oviscapto carnoso vel chitineo, longiori, cylindrico gaudent, in quiete in corpore abscondito, mares pene cylindrico in quiete celato auguntur.

Foramina genitalia valv's duabus sunt protecta, sub quibus appendices claviformes genitales, disculos genitales aliorum acarorum significantes, utrinque tres stant.

**Genitales valvae** duae sunt et rimam genitalem circumdant, in medio ventre apertae.

**heterodactyli** sunt tarsi unguibus tribus, magnitudine intersese diversis, apice aucti.

**hexapodae** semper larvae sunt ex ovo exortae, usque ad permutationem in nympham octopodam.

**homodactyli** sunt tarsi unguibus, intersese aequalibus, apice aucti.

**Hypostoma** (V. *Basilare*)

**Interlamellares setae** in plurimis *oribatidis* conspiciuntur, inter lamellas ad dorsum, in basi eadem Antici insitae, filiformes vel plumosulae. In unico genere *Pelops* setae istae spathuliformes sunt.

**Internodium** sive pedum *articulus*.

**Labrum** (V. *Basilare*)

**Laciniae** cristiformes in pedibus nonnullarum specierum (*Neoliodes Doderleinii*, *Damocus ornatissimus* etc) sunt inquirendae.

**lamellares** setae plerumque filiformes vel leniter plumiformes, variae longitudinis in apice lamellae inseruntur.

**Lamellae** sive *Tecti alae* (V. *Alae tecti*)

**I.arva** hexapoda est in acaris istis, dermate molli induta, colore hyalino, magis *nymphae* quam adulto similis.

**liberi** sive non aliorum animalium parasitae, neque hospites, omnes sunt *Oribatidae* in hucis et sub muscis ob-  
vii micromycetum plerumque victitantes.

**Lingula** hyalina et acuta super oesophagum disposita, superne plicata, inter mandibularum chelas et inter maxillas est inclusa, non ultra maxillas producta, fere inconspicua, nisi rostrum excidatur aut maxillae obtollantur.

**Mala mandibulae** interior, conica, maior est in *Hoplophoridis*.

**Mandibulae**, sive chelicera, nunquam protractiles aut retractiles sunt, sed tantum basi articulatae et lateraliter mobiles. Chelis sunt terminatae in generibus omnibus, excepto genere *Serrarius*, in quo serrulatae inferne sunt.

**Maxillae** laminula chitinea sunt constitutae, quae apice truncata, denticulis obtusis, vel potius margine undulato auguntur. Organa ista super *basilaris* marginem superiorem sunt insita. In *Hoplophoridis*, margo maxillarum interior, appendicula (*mala maxillae*) conica, submolli est praeditus.

**Mentum** idest *Basilare*.

**Metamorphoses** sunt: de larva hexapoda in nympham octopodam, denique de nymphea octopoda in adultum.

**Migrations.** In acaris istis migrationes per formam huic rei aptam non sunt; quod neque *hypopi*, neque nymphae migrantes adsunt, neque animalcula inter Oribatidas, migrandi causa aliis crassioribus animalibus adfiguntur.

**niger** color in nonnullis speciebus adest, ad ex in genere *Carabodes*, *Neoliodes* etc.

**Notogastrum** Mich. scutum est dorsuale, abdomen protegens. In familia *Pterogasterinarum* alis (*pteromorphis*) augitur. In omnibus speciebus, plus minusve scutum hoc, ad ventrem inflexum, scutum ventrale marginat.

**Nympha** in Oribatidis octopoda est et plerumque valde ab adulto diversa, vel appendicibus varie conformatis corpus adornantibus (*Leiosoma palmicinctum*, *Tegeocranus* etc.) vel setis, spinis in corpore dissitis, in adultis carentibus. Sed derma semper molle est et plerumque pellucidulum, ita ut nymphae *Oribatidarum* valde similes *Tyroglyphis* sint et facilius cum acaris istis confundendae, nisi diligenter inquirantur *setae pseudostigmaticae* ad dorsum capitithoracis,

quae in *sarcoptidibus* numquam sunt, et in *Oribatidis* cuiuscumque aetatis, vel speciei, semper manifestiores conspiciuntur.

**ochraceus** color est flavido et badio commixtus, in *Oribatidis* haud frequens.

**Cviscaptum** vel carnosum, vel molle cylindricum, in quiete, in corpore absconditum, adest in generibus omnibus, saepius perlongius.

**pallescentis** color larvarum nec non generis *Hypochthonius* est.

**Palpi** semper cylindrici vel leniter fusiformes, quinque articulati (in genere *Hoplophora* 4 articulati) sunt, cum rostro cetero in camerostomate celati.

**Penis** carnosus cylindricus, in quiete est in corpore celatus.

**Pes** quinquearticulatus est. Pedes omnes ambulacrati, ad cursum apti. In unico genere *Zetorchestes* pedes quarti paris ad saltum conficiendum fabricati, quia validiores et longiores. Pedes antici numquam motatorii sunt.

**pseudostigma** (Mich.) est foramen ad angulos posticos, dorsuales Antici, quod in foveolam plus minusve profundam immittit, e qua setula oritur pseudostigmatica. Organum hoc sensorium putat Cl. Michael.

**Pseudostigmaticae setae** secundum fabricam suam, in diversis speciebus variam, optimum characterem praebent ad species dignoscendas.

**Pteromorphae** (V. *Alae abdominis*)

**rostrales setae** idest *Genales setae*.

**Rostrum**, parvolum, conicum, semper inferum, in camerostomate infossum est.

**Setae stigmaticae** sic minus bene appellatae, sunt dicendae *setae pseudostigmaticae*.

**Stigma** appellavi foramen *pseudostigmaticum*. Hoc emendatiori nomine organum hoc appelletur.

**Tarsus** extremus est pedum articulus, mediocris longitudinis, subconicus, semper uncis auctus.

**Tectopedia** (M ch.) lamellae quaedam sunt, vel appendices aliter conformatae e lateribus Antici prodeuntes, inter pedum originem, pedum coxas circumdantes. *Tectopedium primum* inter apicem Antici et primi paris coxas, in *Pte-*

*rogasterinis et Leiosomidis*, nec non in nonnullis *Tegeocranidis*, carinulae longitudinalis instar est dispositum; *tectopedium secundum* vel valvaeforme in supradictis familiis vel mucroniforme in aliis est, inter primos et secundos pedes dispositum; *tectopedium tertium*, quod etiam *Cephalothoraci* pertinet, in extremo huius partis angulo laterali stat, plerumque mucroniformis et secundos pedes a tertiis separat; denique *Tectopedium quartum*, omnino mucroniformis abdomini, pertinet et tertios pedes a quartis seiungit. In familia *Notbridarum* tectopedia omnia deficiunt, in ceteris omnibus saltem tectopedia primi et secundi paris sunt manifesta. In *Damoeidis* tectopedium tertium longe mucroniforme ad latera corporis valde producitur.

**Tectum**, secundum Nicolet, a *lamellis* tecti est constitutum.

**testaceus** color est pallide badius.

**Tibia** quartus est pedum articulus, ceteris longior, excepto femure. Tibia plerumque cylindrica vel leniter clavata est, basi strictior.

**Translamella** in nonnullis *Oribatibus* cristiformis, lamellas tecti apice interese coniungit.

**Unci** pedum (V. *Ambulacrum*)

**Ungues** idest *Unci pedum*.

**Valvae** (genitales et anales; V.)

**Venter** abdominis scuto unico protectus est, foraminibus genitali et anali perforatus.

**Vertex** est summus *Clypei* apex.

**Vulva** longitudinalis rimaeformis, valvis protegitur et per vulvam oviscaptum prodit.



# CONSPECTUS SPECIERUM

ORDINIS CRYPTOSTIGMATICUM HUCUSQUE IN ITALIA REPERTARUM,  
SECUNDUM ORDINEM ALPHABETICUM DISPOSITARUM,  
ANNIS ILLARUM INVENTIONIS, ETYMOLOGIA ET PATRIA,  
ADDITIS.




| Speciei nomen                                                           | Auctor (vel auctores)<br>qui primitus speciem<br>invenerunt<br>et quo tempore          | Auctor (vel auctores)<br>qui in alio genere<br>speciem inseverunt<br>et quo tempore                            |
|-------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Amerus Troisii<br>Angelia murcioides                                    | A. Berlese 1883, 2 Jan.<br>A. Berlese 1896                                             | A. Berlese 1896                                                                                                |
| > palliata<br>> palustris                                               | Koch (1)<br>Koch                                                                       | A. Berlese 1896<br>A. Berlese 1896                                                                             |
| > sylvestris<br>> tarda<br>> Targionii                                  | Nicolet 1855<br>Michael 1888<br>A. Berlese 20 Jan. 1885                                | A. Berlese 1896<br>A. Berlese 1896<br>A. Berlese 1896                                                          |
| Belba aurita<br>> geniculata<br>> globipes<br>> tecticola<br>> sufflexa | Koch<br><br>Linnè 1746<br>Canestr. et Berles. 1884<br><br>Michael 1887<br>Michael 1887 | Canestr. et Fanz. 1877<br><br>Canestr. et Fanz. 1877<br><br>A. Berlese 1895<br>>            >                  |
| Carabodes coriaceus<br>> elongatus<br>> femoralis                       | Koch<br><br>Michael 1879<br><br>Nicolet 1855                                           | A. Berlese 10 oct. 1888<br><br>A. Berlese 10 oct. 1886                                                         |
| Cepheus latus<br>> tegeocranus                                          | Koch<br>Hermann 1804                                                                   | Canestr. et Fanz. 1877                                                                                         |
| Cymbaeremaeus Cymba                                                     | Nicolet 1855                                                                           | A. Berlese 1896 (nunc)                                                                                         |
| Damaeosoma concolor<br>• nodipes<br>> pectinatum<br>• splendens         | Koch<br><br>Koch<br><br>Michael 1885<br><br>Koch                                       | A. Berles. 20 sept. 1887<br><br>A. Berles. 20 sept. 1887<br><br>A. Berles. 15 Gen. 1892<br><br>A. Berlese 1896 |
| Damoeus bicostatus<br>> Dugesii                                         | Koch<br><br>Canestr. Fanzago 1877                                                      |                                                                                                                |

(1) C. L. Koch ediderunt opus *Crustaceen, Myriapoden und Arachniden Deutschlands* annis 1835-1847, sed quo tempore quaque species inventa fuerit, comperire nequivi.

| Etymologia<br>nominis specifici                                                                                 | Patria specierum                                                                          |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------|
| Cl. Prof. E. Trois species dicata<br>Quia larvae <i>Oribatis</i> (Murcia)<br>similis                            | <b>Italia</b> (Frosinone-Desenzano)<br><b>Italia</b> (Vallombrosa)                        |
| Quia quasi pallio induta.                                                                                       | Tota Europa                                                                               |
| Forsitan auctor primitus in locis paludosis invenit, sed per frequens est ubivis in altissimorum montium muscis | Tota Europa                                                                               |
| In sylvis et alibi in muscis obvia                                                                              | Tota Europa                                                                               |
| Quia pigra est                                                                                                  | <b>Britannia-Italia</b> (Veneto)                                                          |
| Cl. A. Targioni-Tozzetti species dicata                                                                         | <b>Italia, Britannia</b>                                                                  |
| Quia tectopedia late evoluta, quasi aures simulent                                                              | Tota Europa                                                                               |
| Pedibus nodosis aucta                                                                                           | Tota Europa                                                                               |
| Pedum articulis globose incrasatis                                                                              | <b>Italia</b> (Tota), <b>Britannia</b><br><b>Britannia-Italia</b> (Vallombrosa)           |
| Super tecta primitus collecta                                                                                   | <b>Britannia-Italia</b> (Vallombrosa)                                                     |
| Notogastro ad ventrem late pliato                                                                               | <b>Germania-Britannia-Italia</b> (Tota)                                                   |
| Dermate duriore et aspero indutus                                                                               | <b>Britannia-Italia</b> (Vallombrosa)<br><b>Gallia-Britannia-Italia</b> (Septentrionalis) |
| Abdomine insolite in hoc genere elongato, praeditus                                                             | Tota Europa                                                                               |
| Femoribus omnibus incrassatis                                                                                   | Tota Europa                                                                               |
| Quia abdomine late ovato gaudet                                                                                 | <b>Gallia-Italia</b> (Tota) <b>Britannia</b>                                              |
| Iecto gaudet super antico late extenso                                                                          | <b>Germania-Britannia-Italia</b> (tota)                                                   |
| Quia abdomen in dorso excavatum, quasi Cymbam simulet                                                           | <b>Germania-Italia</b> (tota)                                                             |
| Colore uniformi, etiam in pedibus                                                                               | <b>Britannia-Italia</b> (Veneto)                                                          |
| Pedibus longis et nodosulis praeditum                                                                           | <b>Germania-Britannia-Italia</b> (tota)                                                   |
| Setis pseudostigmaticis pectinatis                                                                              | <b>Germania-Italia</b> (tota)                                                             |
| Quia dermate nitidissimo est vestitum                                                                           | <b>Germania-Italia</b> (tota)                                                             |
| Abdomine in dorso, carinulis duabus longitudinalibus aucto                                                      | <b>Germania-Italia</b> (tota)                                                             |
| Cl. Dugès species dicata                                                                                        | <b>Germania?</b> <b>Gallia?</b> <b>Tota Italia</b>                                        |

(1) Nomen regionis sublineatum indicat locum ubi primitus species est comperta.



| Speciei nomen                        | Auctor (vel auctores)<br>qui primitus speciem<br>invenerunt<br>et quo tempore | Auctor (vel auctores)<br>qui in alio genere<br>speciem inseverunt<br>et quo tempore |
|--------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| Amerus Troisii<br>Angelia murcioides | A. Berlese 1883, 2 Jan.<br>A. Berlese 1896                                    | A. Berlese 1896                                                                     |
| > palliata                           | Koch (1)                                                                      | A. Berlese 1896                                                                     |
| > palustris                          | Koch                                                                          | A. Berlese 1896                                                                     |
| > sylvestris                         | Nicolet 1855                                                                  | A. Berlese 1896                                                                     |
| > tarda                              | Michael 1888                                                                  | A. Berlese 1896                                                                     |
| > Targionii                          | A. Berlese 20 Jan. 1885                                                       | A. Berlese 1896                                                                     |
| Belba aurita                         | Koch                                                                          | Canestr. et Fanz. 1877                                                              |
| > geniculata                         | Linnè 1746                                                                    | Canestr. et Fanz. 1877                                                              |
| > globipes                           | Canestr. et Berles. 1884                                                      |                                                                                     |
| > tecticola                          | Michael 1887                                                                  | A. Berlese 1895                                                                     |
| > sufflexa                           | Michael 1887                                                                  | >      >                                                                            |
| Carabodes coriaceus                  | Koch                                                                          |                                                                                     |
| > elongatus                          | Michael 1879                                                                  | A. Berlese 10 oct. 1888                                                             |
| > femoralis                          | Nicolet 1855                                                                  | A. Berlese 10 oct. 1886                                                             |
| Cepheus latus                        | Koch                                                                          |                                                                                     |
| > tegeocranus                        | Hermann 1804                                                                  | Canestr. et Fanz. 1877                                                              |
| Cymbaeremacus Cymba                  | Nicolet 1855                                                                  | A. Berlese 1896 (nunc)                                                              |
| Damaeosoma concolor                  | Koch                                                                          | A. Berles. 20 sept. 1887                                                            |
| • nodipes                            | Koch                                                                          | A. Berles. 20 sept. 1887                                                            |
| > pectinatum                         | Michael 1885                                                                  | A. Berles. 15 Gen. 1892                                                             |
| • splendens                          | Koch                                                                          | A. Berlese 1896                                                                     |
| Damocus bicostatus                   | Koch                                                                          |                                                                                     |
| > Dugesii                            | Canestr. Fanzago 1877                                                         |                                                                                     |

(1) C. L. Koch ediderunt opus *Crustacea*  
1847, sed quo tempore quaque species inven-

*schmidten Deutschlands anni-*  
pivi.

| Etymologia<br>nominis specifici                                                                                                                            | Patria specierum                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| Cl. Prof. E. Trois species dicata<br>Quia larvae <i>Oribatis</i> (Murcia)<br>similis                                                                       | <b>Italia</b> (Frosinone-Desenzano)<br><b>Italia</b> (Vallombrosa)                  |
| Quia quasi pallio induta.<br>Forsitan auctor primitus in lo-<br>cis paludosis invenit, sed per-<br>frequens est ubivis in altis-<br>simorum montium muscis | Tota Europa                                                                         |
| In sylvis et alibi in muscis obvia<br>Quia pigra est                                                                                                       | Tota Europa<br>Tota Europa                                                          |
| Cl. A. Targioni-Tozzetti species<br>dicata                                                                                                                 | <b>Britannia-Italia</b> (Veneto)                                                    |
| Quia tectopedia late evoluta,<br>quasi aures simulent                                                                                                      | <b>Italia</b> , <b>Britannia</b>                                                    |
| Pedibus nodosis aucta                                                                                                                                      | Tota Europa                                                                         |
| Pedum articulis globose incre-<br>satis                                                                                                                    | Tota Europa                                                                         |
| Super tecta primitus collecta                                                                                                                              | <b>Italia</b> (Tota), <b>Britannia</b>                                              |
| Notogastro ad ventrem late pli-<br>cato                                                                                                                    | <b>Britannia-Italia</b> (Vallombrosa)                                               |
| Dermate duriori et aspero in-<br>dutus                                                                                                                     | <b>Britannia-Italia</b> (Vallombrosa)                                               |
| Abdomine insolite in hoc ge-<br>nere elongato, praeditus                                                                                                   | <b>Germania-Britannia-Italia</b> (Tota)                                             |
| Femoribus omnibus incrassatis                                                                                                                              | <b>Britannia-Italia</b> (Vallombrosa)                                               |
| Quia abdomine late ovato gaudet                                                                                                                            | <b>Gallia-Britannia-Italia</b> (Septentrionalis)                                    |
| Tecto gaudet super antico late<br>extenso                                                                                                                  | Tota Europa                                                                         |
| Quia abdomen in dorso exca-<br>vatum, quasi Cymbam simulet                                                                                                 | Tota Europa                                                                         |
| Colore uniformi, etiam in pe-<br>dibus                                                                                                                     | <b>Gallia-Italia</b> (Tota) <b>Britannia</b>                                        |
| Pedibus longis et nodosulis<br>praeditum                                                                                                                   | <b>Germania-Britannia-Italia</b> (tota)                                             |
| Setis pseudostigmaticis pecti-<br>natis                                                                                                                    | <b>Germania-Italia</b> (tota)                                                       |
| Quia dermate nitidissimo est<br>vestitum                                                                                                                   | <b>Britannia-Italia</b> (Veneto)                                                    |
| Abdomine in dorso, carinulis<br>duabus longitudinalibus aucto                                                                                              | <b>Germania-Britannia-Italia</b> (tota)                                             |
| Cl. Dugès species dicata                                                                                                                                   | <b>Germania-Italia</b> (tota)<br><b>Germania?</b> <b>Gallia?</b> <b>Tota Italia</b> |

(1) Nomen regionis sublineatum indicat locum ubi primitus species est comperta.

| Speciei nomen                                   | Auctor (vel auctores)<br>qui primitus speciem<br>invenerunt<br>et quo tempore | Auctor (vel auctores)<br>qui in alio genere<br>speciem inseverunt<br>et quo tempore |
|-------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| › setosus                                       | A. Berlese 1883                                                               |                                                                                     |
| Eremaeus brevipes<br>› hepaticus                | Michael 1887<br>Koch                                                          |                                                                                     |
| › oblongus<br>Hermannia granulata               | Koch<br>Nicolet 1855                                                          |                                                                                     |
